quo: sic est qd̄ p̄tingit filiis et amicis omnibus. **D**. Veritamen vnūq; q̄  
acc̄tū q̄vniis accidentiū diuersificant in malicia ab eis que accidit eis  
qm̄ fuerint mortui ad modū diuersificationis rerū malarum innentarū  
in orationib; poetarū ab ipsis ex̄stib; in opere: intendo & opatio ista  
rum est vehemētioris malicie. i. opatum ex ipsis peius est vehemētē q̄ di-  
ctū. **O**p̄z igitur nos distinguere hāc diuersitatē ad dissoluendū dubita-  
tionē acc̄tē ex re in mortuoz: & speculari si sint participes vniū in aliquo  
bonoz: aut suoz p̄trioroz: verisile autē v̄f si otinuerat ipsis aliqd ex his re-  
bus sive bonū sive malū: paruū qd̄ & exile esse: & hoc: qm̄ nō est p̄olevit con-  
tingat vtric; partiu. s. viuis & mortuis fm modū vnsi: neq; pole est vt mor-  
tuos p̄tingat absq; viuis. Jam ergo relinquatur vt sit q̄ mortuis contingit  
ex his fm quātitatem que nō ponit infelices felices si bonum fuerit: neq;  
felices infelices si malum. **D**. Apparet ergo iam ex hoc dicto q̄ bonitas  
dispōnis viuoz: et malicia dispōnis eoz: dependentiam h̄z cū mortuis: in-  
tendo q̄ illi qui sunt ex parte illorū mortuorū quādā habent cū eis depen-  
dētiā fm quātitatē q̄ nō ponit felicē infelicē: neq; infelicem felicem.

¶

**I**llatis ergo sic terminatis videamus vtrum laudabilem an po-  
etis honorabilium felicitas sit. Nam potentiarum non esse con-  
stat. Videlicet autē oē laudabile quod quale aliquid sit: & quodāz  
modo ad aliquid se h̄eat laudari. Nam iustum & fortē omnem  
qz p̄bitatē & virtutē ob facta actionesq; laudamus. Robustum  
autē & velocem ac aliorum quemq; quod natura talis est: acita  
se habet ad bonum quiddam & studiosum. Patet autem id & ex  
deorum laudibus que ridicule videntur si ad nos referātur. Hoc  
autē ex eo accidit qd̄ per relationem vt diximus laudes sunt: q̄ si  
laus talis est cōstat optimorū nō esse laudē: s̄ maius quidem ac  
prestatius quēadmodum apparet. Nam & deos felices & beatos  
dicitur & virorum eos que maxime diuini sunt beatos appellat-  
mus: eodem modo de bonis. Nemo enim sic felicitatem laudat ut  
iustum:

iustam: sed ut diuinus quiddam ac prestantius beatam dicit.  
 Laudetur autem et Eudorus probe voluptati principatum defen-  
 dere. Quod cum non laudetur voluptas et sit bonum presta-  
 bilius esse quiddam significari putabat quod ea que laudabilia sunt.  
 Talem vero esse deum et summum bonum. Ad hec enim et alia  
 referri: laus ergo virtutis est: ab ea namque honesta agimus. Com-  
 mendationes autem operum tam corporalium quam animalium:  
 verum ista triste discutere illorum fortasse magis proprium esset:  
 qui in his commendationibus elaborarunt. Nobis autem ma-  
 nifestum est ex his que dicta sunt honorabilem et perfectiorum esse  
 felicitatem. Laudetur autem et ob id sic habere se: quod principium est. ei  
 enim gratia cetera omnia oportet facimus: principium vero cumque bo-  
 norum honorabile quiddam diuinumque ponimus.  
 Sextudecimū caplū in quo ostendit quod felicitas non est laudabilis: sed ho- 16  
 norabilis et perfectiorum et diuina. Dixit.

**I**s ita. Determinatis perscrutemur de felicitate: an est ex  
 cellētiores laudatōe: et hoc quoniam manifestū est eā non esse ex potē-  
 tis effectiūs: quod relative dñr ad aliqd: et sunt quāle quoddā. Et oē  
 quod laudat non laudat nisi per quāle aliqd per relationē ad aliquid.  
 Nos etem non laudamus iustitiam: et fortitudinem: et virtutē nisi per ac-  
 tiones exentes ab eis: aut quod contingit ab eis: et sicut robustū et bons cursorē: et  
 vnuq̄dque similat virtutib⁹ corporalib⁹: equidē laudam⁹ eo quod sunt cū q̄li q̄dā  
 et cū relatione ad aliqd alterū. Cūque fuerint laudes pertinētes homī reb⁹:  
 tunc manifestū quod res quod sunt in fine bonitatis non habent laudē: sed sunt excelle-  
 tiores et prestantiores laudatōe quē admodū per ex re ipsarū: quoniam nos referi-  
 mus deificatos et electos homī ad felicitatē. Et laudat aliqd felicitatē quē  
 admodū laudat tristiciā: imo potius magnificat eā honoret: sicut quod ipsa ē  
 res diuina et optima. **D**. Et putat de Eudoxio poeta quod voluptatē posse  
 rit in rebus quod sunt in fine bonitatis: quoniam cū sicut laudabilis poluit eā ex reb⁹  
 bonis quod sunt meliores rebus laudabilib⁹. **D**. Res autem quod prestantiores sunt  
 laudatōe de quod excessus et boni absolute: et hanc quoniam reliqua bonorum virtutis  
 non referunt nisi ad deū rad bonū. Laus autem poetica eqidē pertinet virtuti  
 cū nos simus operantes res decoras per virtutē: sicut laudes quidē pertinet actionib⁹ aialib⁹ et corporalib⁹ sicut modū vnu. **D**. De his autem perscrutari usq;  
 ad ultimū fortassis magis pertinet ad eos: quā studiū ē ad laudē operationē  
 intēdo poetas. Nobis autem ī manifestū ē ex his quod diximus quod felicitas ē ex re  
 bus sublimib⁹ et perfectis: et per equidē esse talis: eo quod est principiū sed viaz si-  
 nis. Nos enim oportet facimus quidē reliquias res oportet gratia ipsius: et credimus de  
 eo quod est principiū bonorum et causa ipsorum: quoniam est res diuina.

**C**ūque ergo sit felicitas a nūni operatio quedam secundū vir-  
 tutem perfectam: de virtute ipsa videndum est. Nam sic fortasse  
 melius felicitatem intuebimur: videtur autem et his qui vere ci-  
 uilis sit circa hanc plurimum labiare. Vult enim ciues bonos  
 efficere legibusque obtemperantes. Exemplum huius habemus  
 Cretensium et Lacedemoniorum leguntatores: et si qui alii tales  
 fuerint: quod si ciuitas est ista scrutari manifestum est: ut ab ini-  
 co propositum de illa esse querendum: sed de virtute humana  
 Cōmē. Auer. sūg lib. Ethicop.

# Liber Primus

v3. querere oportet. Nam bonum quidem humanum et felicitatem humanam querebamus: virtutem autem humanam dicimus non corporis sed animi: et felicitatem animi operationum. Nec si ita sunt clarum est oportere ciuilem hominem scire aliquatenus ea que circa animum: quemadmodum qui oculos atque omne corpus curaturus est: ac tantum magis quanto ciuilis honorabilior nati<sup>o</sup>ris ac prestans est quam medicina. Quod si prestantes medici circu<sup>o</sup> honora<sup>o</sup> cognitionem corporis multum laborant: siccirco animum est a bilior et c<sup>o</sup>ciuili homine faciendum. Videlicet autem horum gratia et medicina eatenus viderendum ut ad quesita sufficiat: nam vltius quidez scrutari operosius forsitan eet: quod pro reru<sup>o</sup> oppositarii qualitate.

17 **D**ecimiseptrimi capl*m* in quo ostendit q*o*p*z* scrutari de virtute vlti<sup>o</sup> q*d* facit in. i. lib. 2 de q*l*i<sup>o</sup> vi<sup>o</sup> rtute s*f*. humanaq*n* corporis sed aie: et q*p* ppter hoc op*z* politici scire aliquantum que circa aliam. Dicit.

**A**mp*o* ita sit felicitas act<sup>o</sup> q*d*a aie siens s*m* virtute perse-  
ct*o*ta: scrutandu<sup>o</sup> est de virtute perfecta q*d* est: et q*s* sunt  
spes ei<sup>o</sup>: forte etem erit speculatio nostra in felicitate: q*n* p-  
cesserim<sup>o</sup> hac via doctrine modi or*z* nobilior. **D**icit autem d*e* eo q*d* est s*m* veritate gubernator ciuilis q*p* studiis quidem su*o*  
est de virtute proprie: ideo q*p* vehementia voluntatis sue est  
ut reddat ciues bonos et legis obeditores. **E**t huius exemplum sunt po-  
st*o*tores legum Cretensium Lacedemonum et si qui ali*o* sunt homini. Et q*n*  
quidem est propositum nostru*m* in hac perscrutatione ad gubernatione ci-  
uitatum: manifestu*m*: q*m* q*d* et investigatio nostra siet s*m* intentione nosstraz  
q*d* fuit a principio. Op*z* ergo ut perscrutemur de virtute humana: et hoc p*z*  
**D** cum inquiramus bonu*m* humanu*m* et felicitatem humanan*m* intendo aut per  
virtutem humanam virtutem corporis: s*z* virtutem aie: cum dixerimus q*p* felicitas  
est actus aie: et c<sup>o</sup>li*o res s*m* hoc necessarium est ciuili ut specule<sup>o</sup> in reha-  
bitum aie cum dixerimus et actus eius. Scindit<sup>o</sup> est igitur sci*m* ciuili: dis-  
positiones aie qualiter sunt et quot sunt: sicut est sci*m* medico curato-  
ri oculorum et curatori corporis et disp*o*n*o*nes oculoru*m* et corporis o*e*s: et quot  
sunt. **I**nimo istud magis necessarium est eo q*p* gubernatio ciuitatum ho-  
norator et melior est arte medicina: cum sit ciuitas honorabilior corpore.*

**N**periti autem medicorum valde subtiliant inquisitionem de dispositione  
Gubernibus corporis. Gubernatorem ergo ciuitatum speculari oportet in dispositio-  
ni ciuitationibus anime: speculari autem inquantu*m* sufficit ad h<sup>o</sup> q*l*ita. Subtilatio-  
n*m* hono<sup>o</sup> perscrutationis ultra hanc quantitatem fortassis laboriosa sit et egredies-  
ratio*m* ab eo quod intendimus in hoc libro.

**h**oc est ar-  
te medici **D**icuntur autem de illa et in extremis sermonibus sufficienter  
ne. quedam quibus viderendum est veluti vnam eius esse partem sine  
ratione alias rationem habentem. utrum vero dividantur ista  
s*m* corporis partem q*p* omne divisibile vel ratione quidem duo  
sunt sed divisionem minime recipere apta: seu in circumferentia  
concauum et conueruum nihil refert ad presens. Sed irrationalis:  
quidem partem communi et vegetabilis similis est: loquor autem  
de eo quod causa est nutriendi et augmentandi. Nam talem ani-  
mi potentiam in cunctis que nutritur quis reponat et in feti-

bus hanc ipsam quoq; imperfectis rationabilius quam aliam aliquam. Hulus igitur communis quedam virtus & non humana appetit. Ut detur enim in somnis maxime operari hec pars atq; potentia. At bonus et malus per somnum minime discer- O  
nuntur: vnde alunt felices a miseria in dimidio vite nihil differ- Bisit feli  
re. Contingit autem hoc rationabiliter: nam ociositas animi som- ces a mi-  
nus est que non dicitur bona vel mala: nisi in quantum aliqui pa- seri dimi  
rum perueniunt motus & qua meliora fiunt iussa modestorum dio vite  
hominum q; quoruncunq;. Sed de his quidem satis: & nutriti nihil dif-  
ferentia omittendum: quia humane virtutis expers est. videtur et p- ferre.  
alii quedam natura animi irrationalis esse particeps: tamen Q  
aliquatenus rationis. Continentis enim et incontinentis rationē Q  
et animi id quod rationem habet laudamus. Ratio enim et R  
ad optima prouocat. appareat autem et aliud quiddam preter ra-  
tionem illis inesse quod repugnat resistitoꝝ rationi. Ut enim reso-  
lute corporis partes si ad dextram mouere velis in sinistram fe-  
runtur. Sic & in animo in contrarium feruntur continentium ap-  
petitus. Sed in corporibus quidem cernimus id quod peruerse  
mouetur: in animo vero non cernimus. Sed nihilominus pu-  
tandum in animo quoq; esse aliquid preter rationem quod huic R  
aduersatur et obuiat. Qualiter aliud nihil differt rationis: et S  
hoc videtur particeps ut diximus. Itaq; paret rōni continentali:  
forte et magis obedieſ est intēperato & fortis. Similia em̄ conſo-  
nant rōni. Vide ergo et irrationabile duplex aliud vegetabile non S  
particeps rōni: aliud cōcupiscibile & oīo appetibile: intantum S  
particeps inquantū illi obedieſ atq; obtēperās est. Sic itaq; pa-  
rtis & animalium dicimus rōni habere: non aut ut mathemati-  
cū. Quod autem persuadetur quodammodo la ratione id qd̄ S  
irrationabile est admonitiones increpationes cohortationesq; si-  
gnificant. Sinautem dicere oportet hanc quoq; partem habere  
rationem: duplex erit rōni habens: aliud pncipaliter & in seip-  
so: & aliud tanq; patri obediens: quiddam.

18  
Decimum octauum capitulum de anima inquantum sufficit ad presens  
negocium in quo diuidit animam in irrationalē & rationē habens:  
irrationabile vocans plantariorum quod relinquentur dicit sicut expers  
humane virtutis: rationem vero habens diuidit in id quod principaliter  
in seipso habet eam: & id quod participatiōne habet eam id est in per se ra-  
tionabile & sensituum quod natum est rationi obedire: quod h̄m se consi-  
deratum est irrationabile & rōni rebellans: vnde sicut duplex est rōni ha-  
bens: sic duplex irrationale. Dixit.



**I**tem dictum est in scientia naturali de dispositionib; aie  
in quo est sufficiētia: & opz ut quibusdā illorum vita-  
mur hic. i. quibus indigerimus. Duximus ergo qm̄ quiddā aie  
est irrationabile: & qddā eius rōnale. D. nō indigemus aut i hac  
scrutatiōe in cui⁹ via sum⁹ iqlitatiōe an sint dissicta ut mēbris

# Liber Primus

corporis: ut omnis res diuisibilis: aut sint ratione. i. distinctione duo et indistincta nā. i. subiecto: et cōuerum et gibbosum in arcu circulari: hec em perscrutatio propria est scientie nāli: et rōnabile est qd est vegetatiū. i. plātatiū. ¶ Et intelligo per plantatiū partē aie q est cō nutritiū et cremen ti: et hec vis ex viribus aie est in oib⁹ que nutriunt. et est iuenta in embrio nibus et in animalibus perfectis: et hoc quidē est ita eo q hec vis p̄mit⁹ est in his rebus abiqz alijs. ¶ Dixit. Apparet autem q huic potētie est viri⁹ cōdis quā participat plante et alia: i pp hoc nō est humana et

de mēbro alia si in quo ē hec vis: et q opera p hāc viam quod operet p ipsam in hora somni et vigilie. partis aut aie q bonū opera et māli sere nō manifestat actio hora somni ut illi⁹: et iō dī q nō est dīa iter se lices et infelices in dimidio vite ip̄oz. et hoc rectū ē ppea q somnus ē oīū aie illi⁹ de q dī q est virtuosa aut vitiosa nisi sint qdā motuū ei⁹ peitrāseuntes in corpe paulati ad vīm rōnālē vel rememorationē partis nutritiue aie. et siāt pp hoc phātasiata bonoz hora somni meliora phātasiatib⁹ maloz. ¶ D. et iā locuti suim⁹ de istis reb⁹ quātū sufficit: et op̄z ut relinqua m⁹ potētiā aie nutritiū: expers em⁹ est virtutis humane. ¶ D. Ut aut q sit aie hois nā alia quedā irrōnalis participās: cū rōnē aliquo mōrū. et hoc eo q eraudibilis est rōnū et obediens ei: et pp hoc laudatur qui continet animam suam a voluptatib⁹: quēadmodū laudat q stinet rōnem suam et partē aie sue rōnālē. Qui enim talis est direct⁹: est et inquisitor est rerum pertinentium virtuti. Et apparet qm̄ in nobis est aliquid aliō ppter pte rationalē et trariās rōni et ducēs ad diuersum partis ad quā ducit rationalis et accedit aie in hāc dispositione sile ei⁹ qd accedit mēbris paraliticis qd volumus ea mouere ad aliquā partem et ipsa inclinant ad aliam: talis em⁹ est dispositio istius aie cuz aia rationali. Rationalis nāq qm̄ voluerit mouere versus rem aliquam et fuerit vis et traria ei vincens mouebit ad contrarium illius rei. et ppter hoc erit motus eoz q nō stinet aias suas vogluptatib⁹ ad etrarium rectitudinis sicut est dispō in mēbro paralitico. nisi q motus mēbu inordinati moti in corpe est res mota. Videlimus em⁹ cuz oculatum: in anima aut nō videmus oculatum sensu. Verūt̄ fortassis op̄z et sciamus q in anima est aliquid diuersum rōni etrarians ei et contradicens non minus qd in corpore credimus et motiōes etrariās motiōib⁹ naturalib⁹: retinem⁹ ut eque res sensibiles sunt et hec eadē ps est illa de cui⁹ natura est ut obediāt rōni ducēti ipsam et fortassis in casto et forti facilius consentit et obedit rōni in eo q operationes ei⁹ et oēs quenātēs sunt rōni.

T Cūq sic se habeat res tūc palā est q illa q est nō rōnalis et partib⁹ ale est duobus modis: plantatiua que nō participat rōne aliquo modo: et cōcupiscibilis q p̄cipiat rōne bz q obediens est ei nālr: rex his q significat sup hoc q obediens est ei nālr. Et ex his q significant sup hoc q obediens est rationi est ipressio quā facit in nobis redargutio: et cū est effect⁹ in nobis redargutio et exhortatio et amotionis et reprehēsionis et castigationis: et pp hoc manifestū est q qm̄ attribuimus rōnē aie hoc est fm̄ duos modos qm̄ vn⁹ dicunt vere et p se et est pars apprehēsiva indicativa: et altera est ps obediēs huic et est illa ps cui accit ergo rōnis sile ei qd accit filio de obedēdo patri et obediōni ei nisi fuerit: negs nālr et ē fil⁹ rebellis.

D Distinguuntur et virtus fm̄ hanc differentia. Dicimus em⁹ illarum quasdam esse intellectivas: quasdam vero morales. Sapientiam quidem et soleritiam et prudentiam intellectivas; liberalitas aut et modestia; morales vocamus. Loquentes enim de moribus nunqz dicim⁹ q sapiens aut solers: sed q modestus et mē-

sis. Laudamus et sapientem suum habitum. Habitum vero eos qui laudabiles sunt virtutes appellamus.

**C**decimunonu[m] ca. de divisione virtutis in speculativas et activas. Dixit.

**V**er ergo prior dividit in duas virtutes quae una est intellectua[re] et est appetitus. Altera vero obedientialis et est virtus moralis: et sapientia et prudencia: et intelligentia species sunt intellectualis. Liberalitas vero et castitas et quae his similares species sunt moralis. **E**t huius signum est quod dicimus de moribus hominibus non dicimus de eo quod sapientia aut intelligens: sed quod honestus: aut castus: sapiens aut laudabilis industria scientifica quam habet: et vel quod fuerit ex habitibus animalium laudabile nominamus virtutes. **E**t hic terminat intentio huius tractatus et est primus istius libri: ut sint grates deo donator sapientie et largitor felicitatis.

Aristo. Stragy. Lib. Scds Ethicorum. Cap. primum.

Am vero duplex sit virtus: alia intellectiva: alia moralis. Intellectiva quidem plurimum ex doctrina generationem habet atque augmentum: qua propter experientia indiget et tempore. Moralibus autem ex assuetudine fit. unde et nomen habet parumper a more declinans. Ex quo manifestum est nulla moralium virtutum natura nobis inesse.

Ah[ec] illi enim eorum que natura sunt aliter assuevit: veluti lapisculus natura est ut deorsum feratur nonque assuerteret sursum ferri. Nam si nullies illum quis assuetandi gratia in altum proiecitur: neque ignis deorsum: neque aliud quicunque ex his que aliter nata sunt aliter assuescent. Neque natura ergo: neque preter naturam insunt nobis virtutes: sed sumus nos ad illas quidem recipiendas natura apti: perficimurque per consuetudinem. **P**reterea que natura nobis insunt eorum potentias prius serimus: posterius vero actus reddimus quod in sensibus manifestum est. Non enim ex eo quod sepe audiimus sensum acceptimus: sed contra habentes usque sumus non videntes habuimus. At virtutes acquirimus operando prius quemadmodum et in aliis artibus. Que enim oportet postquam didicerimus facere ea faciendo addiscimus: ceu fabricando fabri: et cytharam pulsando cythare di. Sic iusta agendo iusti: et modesta modesti: et fortes fortia efficiuntur.

**T**estatur id quod sit in ciuitatibus: nam latores legum assue faciendo clues bonos efficiunt: et propositum quidem omnis legislatoris hec est. Quicunque vero ex illis hoc non bene agunt: aberrant. Id est inter bonam rem publicam malamque interest. Insuper virtus atque ars ex ipsis atque per eadem sit: corruptiturque. Ex pulsatione enim cythare boni et mali sunt cythare di. Eodem modo comedunt et fabri et alii omnes. Bene fabricandi boni erunt fabri: male autem mali. Quod nisi sic esset doctore non indigeret sed omnes bona ut mali essent: sic et in ciuitatibus res se habent. Agendo enim que in commercijs hominum versantur vel iusti

**B**virtutes morales non sunt a natura nihil copiæ quæ natura sunt aliis insunt.

**B**ea quæ natura nobis insunt copiæ poterint per se rursum posse regi actus reddimus.

# Liber Secundus

vel iniusti euadimus agendo que in periculis et consueti metuere  
aut fidere fontes vel timidi sumus. Simili modo in his que circa  
concupiscentiam: et in his que circa iram alij tempati et faciles:  
alij intemperati et iracundi: prout hoc vel illo modo ut illis fit. Sic ut

**E**x silib⁹ actib⁹ habit⁹ sūt. **C**vno cōprehendā verbo ex similib⁹ acerbis habitus sūnt. Itaqz  
vidēndū est quales actus edamus. nā quales illi sunt tales habitus subsequunt. nō parū: iſqz plurimū immo totum refert: hoc  
vel illo modo statim ab adulescentia consuescere.

**D**eterminatio hui⁹ tractatus secūdi de libro Nichomachie Ari. incipit.  
**C**pmū capl'm q̄ neqz natura neqz preter nām est virt⁹ eo q̄ ex doctrina  
vt intellectus vel ex consuetudine vt morales sūnt nobis innatis ipsas  
sc̄cere: et iterū eo q̄ natura nobis aduenierit horū potentias et habitus  
prīns habitus oigationib⁹. In virtutib⁹ aut̄ sit ecōuerso. Et adhuc eo q̄ ex  
eisdem oigationib⁹ bene vel male factis: et p̄ easdem olationes bene vel ma-  
le factas sit et corrūptur omnis virt⁹. vnde tanqz potissima colligit nō pa-  
rum differre sic vel sic confessim a iuuene assuefieri. **Dixit.**



**A**m itaqz virtutes sūnt duorū modorū: intellectualis. v3. et mo-  
ralis. Intellectualis pleriqz et fit et auget in nobis p̄ do-  
ctrinam: et ideo indigem⁹ in cōprehensione ei⁹ exercitatioē multa  
et spacio tuis lōgi. Moralis vero cōprehēdit p̄ assuefactionem  
et ppter hoc greci deriuat nomen moris a noīe cōsuetudinis elit-  
terantes ipsum de litteratione notitiae faciēte sūm q̄ currit cōsuetudo in no-  
minibus deriuatiis. **D**. Et fieri aut̄ virtutis acquisitione p̄ cōsuetudinē  
sc̄z per exercitationē in actionib⁹ eaz appet: qm̄ nulla virtutū moralis in  
uenit in nobis p̄ nām. **N**ulli⁹ em̄ rei per naturā existētis cōtrariis acqñ  
retur p̄ assuefactionē. Lapis em̄ qui naturaliter deorsuz descedit q̄n quis  
p̄ficiat ipm̄ sursum vici⁹ et innumerabilib⁹ quaz nō cōprehēdit multim̄  
do volēs p̄ hoc assuefacere ipm̄ moueri sursum nūqz habebit possibilitez  
in hoc. et sil̄ ignis nō est pole vt recipiat p̄ assuefactionē diuersum motiois  
sue. et vlt̄ nihil eoz que naturaliter hñt actu aliquē pole est p̄ cōsuetudinez  
recipere dispōnez a qua p̄cedit actus ali⁹ ab illo actu naturali q̄ est ei: et si  
esset nobis aliqd̄ virtutū vel vitiorū naturalrū tūc nō esset nobis possibile ac  
quirere oppositū p̄ assuefactionē. Tūqz sic sit tūc virtutes nō sunt in nobis

**D** sūm naturā neqz preter naturā. si inuolūtare vel coacte: s̄z nos nati sum⁹ ad  
eaz receptionē et cōprehensionē eaz in nobis per assuefactionē. **A**mplius  
omne qd̄ in nobis existit naturalrū primū existit in nobis p̄ potētia: deinde  
erit nobis ad postremū p̄ seipsum existēt p̄ actū nō ex pte nostre electionis  
intēdo q̄ nō erit nobis eo q̄ nos assuefacim⁹ ipm̄ sicut se hz in virtutib⁹  
et hoc manifestū est in sensib⁹. eternū ip̄i sūt p̄mit⁹ in nobis potētia et tan-  
dem cōvertunt in nobis ad actu ex se: h̄mōi ex̄plū est q̄ hō p̄mit⁹ vidēs  
est potētia: deinde sit vidēs actu nō eo q̄ viderit mltoties: et sil̄ simus audie-  
tes actu postqz sum⁹ audiētis potētia: nō eo q̄ a suenerim⁹ auditū. et q̄ au-  
diuerim⁹ mltoties. s̄z res est ecōuerso: intēdo q̄ nos vtimur eis eo q̄ ex-

**E**stūt in nobis nō q̄ existat i nob ex vsl eaz. Virtutes at iueniunt nob posītū  
nos facimus eas mltoties sicut est in reliquis artibus opatiis intendo  
q̄ acquiris̄t quidē nobis ars p̄ assuefactionē operū ars: et pp̄ hoc addisciz  
mus res quas facim⁹ postqz p̄mit⁹ fecerim⁹ eas: vt edificates erim⁹ edi-  
ficatores: et cytharizātes erim⁹ cythariste: et qm̄ faciſuerim⁹ edificatores et  
cythariste edificabim⁹ et cytharizabim⁹ sūm q̄ o3. **E**t hec est dīsa iter actio-  
nē primā et sc̄d am̄: et sil̄ faciētes res iustitie erim⁹ iusti: et faciētes res casu-

tatis erit unus castus: et facientes res fortitudinis erimus fortes. ¶ Et attestatur huic quod videmus contingere in civitatibus. Videntur enim qui possident legum per hoc quod assuefacti cives de actio boni faciunt eos fieri bonos: et hec est voluntas et intentio ois legislatoris nisi quod quod non deceter fecerit hic peccat. et per hoc diversificata ciuitas bona a ciuitate mala. ¶ Dixit. Amplius iste ois eadem sit bona aut mala et rebus vniuersis eiusdem et per res unas easdem: et similiter. v.g. Bonus in penteadi cythararum: et in alijs in hoc non sunt tales nisi ex penteadi cythararum: et similiter in edificatione et in ceteris artificiis. Etenim ex edificatione bona bonus sit edificator: ex mala mala: nam si non sic esset non indicaret doctore in aliquo ostendendo quod docto docet discipulū actionē bona: quam cum fecerit discipulus sit ab eo actio bona in illo artificio: et si non esset res taliter essent oes aut perfecti in artibus aut imperfecti in eis: intendo quod non inuenirentur in eis ambo modi simul. Cuius sic se habeat res in artibus erit similiter in virtutibus. Convensione. n. ad seiuicem facientes homines quidam sunt iusti actiones in stitic facientes: alii autem iniusti actiones iniurie agentes: et hoc modo se habent res circa pericula. Convensionem enim inter res timorosas: quidam sunt fortes: alii vero timidi: et similiter exercitatione in actionibus concupiscet et ire: sunt quidam casti mansueti et humiles: et quidam incotinentes: pterius: et iracundi: et sunt eadem tales ex convolutione sic vel sic in rebus hominum. Et ultro habitudines alias non sunt nobis nisi ex parte operationum: et propter hoc operis ut currant operationes nostrae modo debito. Etenim hinc diversitate operationum est quod sequitur ipsas ex diversitate habitudinum: et propter hoc non differt modicum ut assuefiant hominem a pueritia sua ad operationes bonas aut malas sed multum differt immo est tota vita in habitudine hominis.

### Liberum. ii.

AUm igitur presens opus non contumeliam gratia: fiat quemadmodum cetera. Non. n. ut sciamus quid sit virtus: nam sic nulla eius foret utilitas: sed ut boni simus perscrutamur necessarium est de actibus videre quae litter agere illos operis: nam in illis consistit quales sint habitus ostendi. Oportere igitur secundum rectam rationem agere primitus est et per suppositum nobis existat. Que autem recta sit ratio et quoniam ad alias se habent virtutes dicetur. Illud prius a nobis confessum existat quod ois de rebus agendis sermo quasi per figuram quidam et non per exactas discussiones tracari debet. Quia ut ab initio diximus secundum tam sermones sunt exigendi. At in rebus agendis utilibusque nihil firmum nec status est ut etiam nec in sanctis. Cuius hec habeat vnuersum genus multo magis de singulis res nulla certitudo tradi potest: cum neque sub artem nego sub professionem aliquam cadant: sed opus est ut hi qui agant semper ad tempus considerent ceu in medicina et navigatione. Sed quoniam ita sit tamen conandum est auxilium ferre. Primum igitur idem considerandum est quod istorum ea natura est ut de defectu excessuque corruptantur: ceu in viribus ac sanitate videmus. Oportet enim pro obscuris clara exempla inducere. Excessus enim ac defectus laborum vires corruptunt. Eodem modo cibi et potus nimis magni: aut nimis parvi. sanitatem corruptunt. moderati faciunt: augent: conservant.

Secundum maxime  
subjectaz  
sermones  
sunt eius  
gendi.

# Liber Secundus

Sic igitur in fortitudine ac temperantia et alijs virtutibus. Qui cuncta fugit ac formidat et nulli resistit timidus est. Qui vero nihil omnino formidat sed aduersus omnia vadit temerarius. Itē qui omni voluptati potitur nec vlla se abstinet intemperans est. Qui vero omnes fugit instar agrestium insensibilis quidem est. Corrumperit enim temperantia et fortitudo ab excessu ac defescitu: a medio autem seruatur: nec solum generationes et augmentationes et corruptiones ex eisdem et ab eisdem fiunt: verum etiam operationes in ipsis erunt. nam et in alijs que evidentiora sunt idē accedit velut in viribus. Fiunt vires ex capacitatem multi cibi ac ex tolerancia multorum laborum: et hoc maxime facere robustus potest. Sic et in virtutibus abstinentia a voluptatibus temperat et efficiuntur: facti autem maxime possumus abstinere.

**2.** Scđm capl'm de eo qđ opz scrutari q circa opationes qualiter operadū est eas. sicut rectā rōnē et q habitū nati sunt corūpi ab indigētia et supabūdā tia opationū fieri: aut augeri et saluari ab earū cōmēsuratione et q ecōnerfo ex habitib' fiunt cōproportionales ipsis opationes. Dixit.

 **Am** itaq nō sit intētio nra in hoc lib. intētio speculationis et sc̄tiū: quēadmodū in libris alijs sed intētio opationis pscrutatio em̄ nostra in ipso nō est vt sc̄tiū qđ est virtū tñ: sed vt operemur ea et bonisiam: aliter ei nō esset nobis in sc̄ia ipsiū utilitas opz necessario vt pscrutemur de actionib' qualiter est nos vis operadū eas. Nā quēadmodū dixim' sicut earū diuersitate diuersificabitur aie dispōnes. **D.** ponam⁹ igit̄ radicē vlez eis cōem: et est: qm̄ actio nes faciēdū est sicut rōnē rectā: dicim⁹ in postremo q est illa discretio recta et qualis est habitudo sua ad reliquias virtutes. et ponam⁹ etiā q tot⁹ sermo qui dicit in oībus istis nō dicit nisi sicut viā descriptionis: nō sicut viā ultime pscrutationis. intētō q cōprehēdat plurimū rei ut dixim⁹ a principe scriptio nis: qm̄ certitudo sermonis in oī re opz vt sit sicut mā ipsius: hec aut mā mutabilis est: et hoc qm̄ res effectiō virtutum et p̄ficiētes non h̄sit aliquid firmū sicut dispōne vnam sicut etiā est dispō in rebus effectiōis sanitatis. Et enī ex ipsis nō est aliqd firmitatē h̄ns sicut dispōne vnam: cūq sit res in vlibus q̄ sunt in hac sc̄ia isto mō qm̄ nō tolerat certificatiū inq̄sitionem pp̄ sui mutabilitatē: potius est sic in particularibus. s. q̄ non est polis in eis certificatoria inq̄sitione: qm̄ non sunt comprehensa neq̄ arcta sub arte neq̄ sub p̄cepto vno. et necessarium est agēti semp̄ vt speculet̄ in expedienti ex ipsis in illa hora in qua ipse est: sicut se habet in medicina et in arte nautarū: verūtamen et si sit sermo ille in cuius via sumus currens hoc cursu: sicut opz sicut dispōne aliquā vt dicamus qualiter speculandū: et vnde incipiendū in speculatione. Dicimus ergo qm̄ primū qđ ponim⁹ huic spe culationi est q̄ de nā vnius et eiusdem actus est vt corrumperat ex additio ne et diminutione. Et opz significemus super hoc quod occultatur et hac intentione in aliqua rerū: et p̄ hoc q̄ apparet ex eis in quibusdam earum vt q̄ videmus in fortitudine et sanitate. Et enī exercitia superfluentia et deficitia corrumpunt fortitudinem: et sicut cibus et potus superfluentes sup id qđ opz: aut diminuti ab eo qđ eripit corrumpunt sanitatem. Cōmētrati aut cōseruat sanitatē et augmētāt: sicut est in castitate et fortitudine et ceteris virtutibus. q̄ em̄ fugit ab oī re et timet ipsuz: nō tolerat aliqd hic est timidus: qui autē nō timet aliqd penitus nec terretur ab ipso hic au-

ax est: medius aut in hec fortis est: si l'r qui oem voluptatem respicit: qui omni voluptati expositus est neuter horum hz casitatem. cu itaq sic se habeat res. virtutes quidem corrumpunt ex supfluitate et indigentia: cōseruat aut eas mediocritas. Dicit. et nō diuersificantur quidem dispositiones soluz ex parte vistationis rerum earūdē vistatione diuersificata. sed actiones q̄ vstantur in rebus vnis vistatione vna diuersificantur etiā et pte acceptio nts dispositioni preter illas actiones. et hoc euidentis est in rebus illis que sunt magis manifeste apud nos q̄ res iste. U.g. virtus corporalis acquirit ex acceptione multi cibi et toleratia multi laboris. et qn facti fuerimus vigorosiores erimus potentiores ad vistationem laboris multi et cibi multi: et talis est dispō in virtutibus. Etenim casti simus et retrahendo nos a voluptatibus et qn facti fuerimus casti erimus potentiores ad retrahendū nos a voluptatibus: et isto mō se hz in fortitudine. Nam qn assueuerimus vilis pendere terribilia timorosa simus tolerantes ea: et qn facti fuerimus toleratores earum erimus potentiores ad eorum vilipensionem.

## Capitulum. 3.

 Ignificatio autem habituū vel voluptate aut molesta que facta sequit̄ deprehēdit cōuenit: qui abstinet a corporeis voluptatibus si ob hoc ipsum gaudet tēperans est: sin moleste fert intemperās. Item qui pericula subit et gaudet aut certe non dolet fortis est. Qui vero dolet timidus. Circa voluptates. n. et dolores virtus moralis consistit. nam pp voluptatez improba facimus: et pp molestum bñ facere omittimus. Itaq ab ipsa adolescentia institutos esse cōuenit: vt Plato iuruit. vt pro qbus oꝝ gaudemamus ac doleamus: hic. n. recta est disciplina. Preterea si virtutes sunt circa actus et affectus. Õm̄ vero actum et affectum sequitur volūptas aut dolor. Virtus circa voluptates et dolores erit. Ostēdūt hoc pene que propterea infliguntur: sunt enim medicinae quedaz Medicinarum aut ea est natura ut per contraria fiant. Propterea ut supradiximus omnis habitus animi ad illa et circa illa natūram hz que talia sunt ut illū meliorem aut deteriorem efficiat. Sed per voluptates et dolores praui fiunt sequendo et fugiendo vel quas non opz vel quotiens aliter a rōne talia perscribantur. Quapropter virtutes diffinuntur tranquillitates quasdam et quietes: non tñ bene: qd simplr dicunt: sed non vt oꝝ: et vt nō opz: et qn et quotcūp alla adiunguntur. Subest igitur virtutem esse circa voluptates et dolores optimorum operaticem. Viciū aut contra. Probat etiam id qd cum tria ad capiendum repudiādūq cōsiliū pertineant honestū: vtile: voluptarium: et tria his cōtraria turpe: inutile: molestū. Bonus quidez hec omnia recte consequitur: malus vero aberrat: sed circa voluptatem precipue. Nec. n. communis est aīantibus: et cuncta que in electionem cadunt subsequitur. Nam et honestū: et vtile tocundū v̄. Luctis etiā nobis a pueritia simul educata est: quapp arduū est hanc rem insitam penitus vite nostre reiūcere. Regimus aut actus nostros alij ma-

h  
Oꝝ actū  
aut affe-  
ctū sequit  
ur volū-  
ptas aut  
dolor.

# Liber Secundus

gis minus per voluptatem et dolorem. Ob hoc igitur necesse est totum negotium circa illas versari: non pars est. n. ad res agendas

**Circa: dif** **felicitora:** **temp ars** **virtusq** **cōsistit.** **Probe aut** **improb** **letari: aut** **dolere.** **Insup** **difficilius** **est** **volu-**  
**ptati repugnare q̄d ire: vt** **Heraclitus** **inquit.** **Circa** **difficiliora** **ve-**  
**ro semper ars: virtusq̄** **consistit.** **Nā** **bene** **in** **hoc** **melius** **est.** **Itag**  
**ob id quoq̄** **circa** **voluptates et dolores** **totum** **negocium** **est** **vir-**  
**tutis et ciuilis etiā facultatis.** **Nam q̄** **bene** **his** **vititur** **bonus** **erit:**  
**qui male malus.** **Esse** **igitur** **virtutem** **circa** **voluptates et dolores**  
**et ex quibus** **fit** **eisdem** **augeri: atq̄** **aliter** **factis corūpi: et** **circa** **il-**  
**la** **operari** **ex q̄bus** **fit: satis** **dictum** **est.**

**Tertium** **capitulum** **q̄** **signi** **habitu** **est** **superuenies** **voluptas** **vel** **tri-**  
**stitia** **operibus** **eo q̄c** **circa** **voluptates et tristitias** **est** **moralis** **virtus:** **quod**  
**probat** **per** **male** **operari** **pp** **voluptatis: et** **a** **bonis** **recedere** **pp** **tristitiam.**  
**Vñ opz** **cōfessiz** **ex iuueniibus** **bene** **du ci.** **Et itē** **per** **virtutes** **esse** **circa** **actus**  
**et** **passiones** **q̄bus** **sequitur delectatio et tristitia.** **Et tertio** **pp** **penas** **que** **sunt**  
**medicine** **peccantiū** **factas** **circa** **has.** **Et** **quarto** **per** **anume** **habitu** **natur-**  
**fieri** **ab** **his** **deteriorē et meliorē: ex** **quibus** **colligitur** **virtutem** **moralē** **esse**  
**circa** **voluptates et tristitias** **optimū** **operatiū.** **Et** **quinto** **per** **eligenda**  
**et** **fugienda** **cadere** **sub delectabile et triste.** **Et** **serto** **per** **has** **passiōes** **esse** **no-**  
**bis et** **quodāmō cōnutritas: iōq̄** **difficile** **cōtritibiles et** **per** **regulari** **his ope-**  
**rationes: et** **tandēz** **per** **difficilius** **esse** **voluptati** **pugnare q̄d ire.** **Dirit.**



**P**ortet autem ponamus signū existentie dispositionum  
virtualiū in nobis: hoc qd sequitur nos presens ope-  
tiones de voluptate et tristitia. Etenim q̄ ex retractione a corpo-  
ralibus letatur habitu h̄z a quo denominandus est castus: qui  
vero ex retractione ab his tristatur incastus. Similr qui tolerat  
pericula vehementia et gaudens cū his aut non tristis fortis est: qui au-  
tem suffert ea et tristatur ex eis ille timidus est: et quidem hoc fit: qm virtus  
moralis equidem est vt placeant hoi ea que opz vt placeat ei: et displiceant  
ei que opz vt displiceant. Ideo q̄ nos quidez facimus mala delectationis  
cā et retrahimur a bonis cā eius qd est in ipsis ex cōtristatiōe. Et pp hoc  
opz quēadmodū plato dixit vt incedat cuz homine ex pueritia sua via du-  
cente ipsum ad hoc vt gaudeat in his in quibus est gaudendum: et tristetur  
in his quibus est tristandum. hec eis equalis est et sana doctrina. Ampli  
virtutes qdē existunt in actionibus et passionibus. omnem aut actionem  
et passionem sequitur delectatio et contritatio: et pp hoc opz vt sit virtus cir-  
ca delectatione et tristitiae. intendo vt ipse ambe delectationes et tristitiae  
sint fm q opz. Et de his que super hoc significant est q̄ phibitio accidē-  
tum malorum et refrenatio ipsorum: fit quidem per istas ambas res: inten-  
do per delectatio ne et tristitiae quā ponūt illi de ciuitatib⁹. Refrenationes  
ēm sive resistētē medicine qdā sūt medicine aut natae sūt fieri p cōtrariū: si-  
cut ante diximus vnaqueq̄ ex dispōnibus aie existit in illis rebus que ap-  
propriantur illi dispōnir: circa res a quibus illa dispō innata est fieri prior  
et melior. U.g. dispō anime noīata iustitia aut iniustitia inuenitur quidem  
a rebus appropiatib⁹ vt possessionibus et honoribus: et qm similatur istis  
et circa res illas versatur: et hoīes quidem sunt deteriores pp delectationes  
et tristitiae fin et requirunt ex ipsis qd non opz: et faciūt hoc in hora in qua  
non opz: aut eo modo quo non opz: et vlt̄ prēter modum aliquem ex modis  
quos determinat intellectus sanus circa delectationem et tristitiam. **Dirit.**

git. Et pp hoc dissimiluerunt virtutes, esse mortem concupiscentiarum et des-  
tem earum, non sicut aut recte dictum sic absolute sed cum hac determinatione  
sim qd opz: et in hora qua opz et cetera que excipienda sunt in hoc. **Dixit.**  
Nam igitur possumus qd virtus existit in delectatione et tristitia, intendo in  
hoc ut delectemur in quo opz: et tristemur in quo opz: et patuit qm ipsa ope-  
rativa est optimorum malitia ecotriariorum. **Dixit.** Et delectabuntur nobis  
ista quo fecimus mentionem per hoc qd dico, scilicet res quas eligimus sunt  
tres: Decorum sive decens: utile sive expediens: delectabile sive voluptas:  
et horum contraria tria: indecens vel turpe: inutile vel danosum: contristans  
vel molestum: et bonus est ille qui in omnibus his directus est: malus autem  
qui peccans est in oibus his et proprie in voluptate: intendo eum qui dele-  
ctatur non ut opz: et hoc qm delectatio cois est omnibus animalibus, et seq-  
tur oia ea que hnt eligentiam, id est eligibilita. et ceterum decens et utile eligibilita sive  
et delectabilita. **Dixit.** Et hoc quidem difficile est nobis intendit accidens  
illud qd est delectatio et consequens ipsius, ideo qd existit in nobis nalter  
et est natum nobiscum et concurrit nobis ab infantia, et pp hoc simus com-  
miserantes actiones: consequens sive delectationis et tristitiae: et quida nostra  
in hoc prececellunt quosdam, et opz necessario pp oia hec ut sit nra intentio in  
hoc libro toto circa delectationem et tristitiam: intendo ut delectemur in qd  
opz: et tristemur in quo opz: non enim medicu differt delectari aut tristari in  
qbus actionum opz. **Et iam palam est etiam qm virtus est in delectatione**  
tristitia: eo qd circa delectationem difficultor est qd circa iram: quemadmodum  
dixit heraclitus et ars et virtus semper qdem sunt in actione rei difficultis:  
pp ea qd in ea est bonum et optimum: sim hoc ergo opz ut sit intentio intendens  
tis virtutem et ciuitatem in hoc lib. toto circa delectationem et tristitiam: nam  
qd usus fuerit istis sim qd opz erit bonus: qui vero aliter qd opz erit malus.

### C Capitulum. iiiij.

**S**ed quereret fortasse quispiam quemadmodum dimis qd iu-  
sta agendo iustos: et modesta modestos fieri opz. Nam si  
iusta et modesta agunt iaz sunt modesti et iusti: ceu si grā-  
matica et musica grāmatici et musici vel non in artibz ita  
se bz. Nam fieri potest ut grāmatici quid agatur fortuito et alio sup-  
posito: tūc igitur grāmaticus erit cu grāmatici aliquid et grāma-  
tica faciet: hoc est sim eā grāmaticaz qd est in ipso. Preterea neqz  
simile est in artibus et virtutibus: nam qd ab arte procedunt laudem  
in se hnt quare sufficit illa ita existere. Sed qd a virtute ita profici-  
cuntur non satis est si ipsam iuste quodāmodo se hnt et modeste  
agantur. Sed si agens ita egerit. Primo si sciens. Secundo si eligēs:  
et eligens pp ipsa. Tertio si certo immobili indicio agat. Ad cete-  
ras vero artes habendas nihil horum requiritur pretereqz scientia. 20  
In hntibus  
bus scire  
ipm pars  
aut nihil  
est.  
At in virtutibus scire ipsum paruz est aut nihil. ut vero aut exer-  
cere plurimum: immo totum valet utpote que ex frequenti actio-  
ne iustorum modestorumqz proueniat res. n. tunc iusta et modesta  
dicuntur: quando talis est qualiter iustus et modestus ageret.  
Iustus autem et modestus non qui hoc agit: sed qui sic agit ut  
iusti et modesti agunt. Bene igitur dicitur qd quis iusta agen-  
do iustus fit: et modesta modestus. Non agendo autem nullus

# Liber Secundus

vt bonus sit ne curare quidē vñ: sed pleriq; nō ita faciunt: verū ad verba disputationeꝝ cōuersi putant se philosophari: atq; vñ  
ros bonos fieri: egrotos imitari: qui verba medicorum audiunt  
quidem diligenter: faciunt autem n̄ h̄l ex his que precepta sunt  
sibi. Ut ergo illorum corporibus nō bene erit qui ita curantur: sic  
nec s̄lorum animis qui ita phlsophantur.

4. Quartum capituli in quo queritur qualiter iusta & alia operantes iusti  
& tales sunt: eo q; si talia operantur iam tales esse videntur. quādmodū  
in artificiis esse videt. quod soluit primo per interēptionē huius suppo  
siti. s. q; in artibus que operantur talia tales sunt. secundo p dissimilitudine  
artium ad virtutes: q; in his que ab artibus est bene in ipsis operatis: q;  
autē s̄m virtutes h̄nt bene in operantibus. s. scire eligere propter hoc & fir  
me & immobiliter ex quibus manifestat quādo res dicuntur iuste & huius  
modi: & non sufficit scire ad studiosum esse. Dixit.

**A**Merito manifestū est: qm̄ virtus quidē existit in delectatiō  
& tristitia: & qm̄ ex quibus sit & agetur his eisdē corrumpi  
tur & minuitur vſitata eas diuersimode: & qm̄ agit postq; pſic  
tur in rebus illis de quibus gñatur. ¶ Dixit. Et forassī hētia  
bit quis & dicet: vnde oportet vt agat homo actiones iustitie do  
nec fiat iustus: q; iustitia & castitas non gñantur nisi ab artibus iustitie &  
castitatis: & actus iustitie & castitatis nō inueniuntur nisi a iustitiae castita  
te. Nos igitur dicimus qm̄ omnis qui iusta agit iustus est: & qui casta ca  
stus: & sicut quicunq; scripturalia agit scriptor est: et qui actiones can  
toris agit cantor est. ¶ Hec autē hētatio soluitur per hoc qd̄ dico: & est: qm̄  
res in artibus nō sic se habēt nedū in his que sunt a virtutib; intēdo q;  
non quiz qui agit actionē alicuius artis alicuius est. de artificiis illis  
līus artis. possibile enī est vt aliquis qui non est scriptor scribat literaz ali  
quaz casu: aut aliquā quā altius pdescriptis est: & hoc modo addiscitur ars  
scribēdi: & sit quidē homo scriptor nō qui fecerit quodlibet scripturalium  
qualiterq;: s; quādo fecerit s̄m q; scriptor faceret: intēdo q; faciat s̄m ha  
bitum scripturalē qui sit in ipso. ¶ Amplius artes & virtutes in hac intens  
ione non se habēt vno modo: & hoc qm̄ bonitas rerum accidētium ab arte  
existit quidē a seip̄sis. & ppter hoc sufficit artifici ad bonitatē artifici sui si  
res quam efficit fuerit ipsa bona. Rebus autē fientib; s̄m viam virtuti nō  
sufficit vt in le sint bone tm̄: sed & vt faciētes sint habētes se aliqualiter. U.  
gra. vt iusta & casta faciētes. aliquid se habeat. primovt sciāt res quas  
faciēt. Secundo vt sint electores eaz per se. s. ppter actiones ipsas. Terc  
tio vt sint firme habētes se nō mutabiliter. i. vt perpetuēt actiones. Istarum  
autē conditionū n̄ h̄l opponitur in artificiis preterq; vt sit artifer sciens  
eius qd̄ facit. conditiones autē in qua cōciant artes virtutibus. s. scientie  
eius quod agitur non est necessitas in virtutibus vt in artibus: aut s̄m mo  
diciū indigetur ea in virtutibus & minus q; in artibus: aut non indigetur  
ea. Aliarū autē duarū cōditionum utilitas nō est modica: immo in eis ē to  
ta utilitas: & iste due conditiones acquirunt quidē in virtutib; ex frequen  
ter agere actiones de quib; df q; sunt actiones virtutū. U. g. Electio action  
num iustitie ppter seip̄sis & constantia in ipsis acquirit quidē ex frequen  
ti reiteratione actionū: de quibus dicit q; sunt actiones iustitie: & s̄li acq  
runtur quidē hec due conditiones in castitate per reiterationē actionū: de  
quibus dicitur q; sunt ex actionibus castitatis: actiones autē iustitie & casti  
tatis sunt actiones q; fluunt s̄m exemplū actionū iusti & actionū casti: & ius

Nostri castus non sunt qui faciunt actiones iustitiae et actiones castitatis sed modis hinc quae faciunt ea non iustus et non castus. Si quidem igitur ex faciendo actiones iustitiae fit homo iustus: et ex faciendo actiones castitatis castus non erit aliquis hominum iustus absque eo quod faciat actiones iustitiae. neque castus absque eo quod faciat actiones castitatis. Dicitur verutam illi qui sunt de numero plurimum non facit has actiones: sed nitunt ad sciendum eas: et estimant per hoc quod ipsi philosophando erunt per scientiam virtutis virtuosos. Et hoc factum ipsorum simile est facto infirmorum qui audierunt quod precipit eis medici cum diligentia et studiose: et nihil tamquam faciunt preceptorum: et sicut illos corpora non sanantur per hunc regnum: sic nec istorum anime per hunc philosophandi modum rectificantur.

### Capitulum quintum.

**O**sthec autem quid sit virtus considerandum est. Quia igitur tria sunt que in anima fiuntur: affectus: potentia: habitus: horum certe aliquid virtus erit. Affectus quidem voco cupiditatem: iram: metu: audaciam: letitiam: amorem: odium: desiderium: emulationem: misericordiam: et voluntas illa que voluptas aut molestia sequitur. Potentias autem ratione sunt quas illa suscipere apti sumus: veluti hinc quas trasciri possumus aut dolere aut misereri. Habitus autem per quos bene vel male ad effectus nos habemus: veluti ad trascenditum si vehementer aut remisse male: si mediocriter hunc. Eodem modo et circa alia. Affectus ergo non sunt neque virtutes neque vicia: quod secundum affectus non dicimus boni vel mali. Secundum virtutes autem et vicia dicimur. Et quod secundum affectus non laudamur: neque vituperamur: non enim laudatur qui timet nec qui trascitur. Neque vituperatur quod simpliciter trascitur: sed qui certo modo. At secundum virtutes et vicia laudamur et vituperamur. Preterea trascimur et timemus sine electione: virtutes autem electiones quedam sunt: vel non sine electione. Insup scilicet secundum affectus moueri dicimur: sed secundum virtutes et vicia non moueri: sed qui certo modo dispositos esse. Propter hoc etiam neque potentes sunt: nam neque boni neque mali ex eo dicimur quod facere possumus simpliciter neque laudamur neque vituperamur. et propter potentes sumus natura: at boni vel mali non non sumus. Dicimus autem de hoc prius. si ergo neque affectus sunt neque potentes restat ut habitus virtutes sint. Quid igitur virtus sit generaliter dictum est.

**S**ed oportet non solummodo quod habitus est: sed qualis sit habitus dicere. Est ergo dicendus quod omnis virtus id ipsum cuius virtus est hunc se habens perficit: et opus eius hunc reddit: ut ecce virtus oculi et oculum studiosum facit et opus eius: virtute enim oculi hunc videmus. Eodemque modo virtus equi equum ipsum studiosum facit: et bonum ad currendum portandumque equitatem et expectandum hostes. Si ergo hoc eodem modo in omnibus se habet: et virtus certe hominis habitus erit ex quo bonus vir sit: et ex quo suum opus bene reddit. Quomodo autem id erit etiam dictum est preterea et hoc modo patebit si inspiciamus qualis sit eius namque in omni

Virtus habet  
te perficit et  
est opus boni  
naturae reddit

## Liber Secundus

continuo ac diuersibili plus et minus et equale capi potest: et hoc aut respectu rei aut nostri. Equale vero medium quid est inter defectum et excessum. Hoc autem medium rei quod equaliter distat

**A**nuoluntarium dici debet non qñ q̄s ignorat utilitatez Non enim Ignorantia que in electione consistit causa est inuoluntari sed prauisatus: nec que in vniuerso. Utiliter enim propter hanc: sed que in singulis: in quibus et circa que actus sunt. Nam in his commiseratio et venia locum habet. Qui enim aliquid horum ignorat inuoluntarie facit forsitan: ergo non peius erit fueritq; et quot ista sunt determinare: et quis itaq; et quid: et circa quid: et in quo agit interdum: et quo velut instrumenta: et cuius gratia et salutis: et quomodo et sensum vel vehemēter. Luncta igitur hec nemo non insanus vtiq; ignorabit: clarum ergo q̄ nec agentē. Nam qua ratione scipsum: s; q̄s agit quid ignorare potest. Aeluti cum aiunt excidisse sibi vel nescire q̄ archana essent ut Eschilus de misteriis aut monstrare: vel lentem dimisisse ut qui catapultam: extimabit em̄ aliquis et filiū hostem esse ut merope accidit: et hastam emissam rotari: aut lapidem pumicem esse: et cum salutis causa percusserit necare: vel cū docere voluerit ut magister ludi gladiatori. Cum igitur circa hec omnia ignorantia versetur in quibus sunt actus qui horum aliquid ignorabit inuitus videtur fecisse. Et maxime in principalissimis. Principalissima autem videntur esse illa in quibus actio est cuius gratia. Per talem itaq; ignorantiam in uoluntariuz dicitur: et preterea factum ipsum dolorem et penitutē afferre oportet. Cum autem inuoluntarium violentum et ver ignorantiaz uoluntarium vtiq; videbitur esse cuius in ipso principium est sciente singula que agit. Forsan enim non bene dicitur esse illa inuoluntaria que per iram aut concupiscentiam sunt. Primo igitur nullum aliud animal voluntarie ageret: nec pueri etiam. Deinde utrum nihil voluntarie agimus ex his que per iram aut concupiscentiam vel honesta quidem voluntarie ageret: turpia vero inuoluntarie. Aelridiculum est cum una sit causa: absurdum vero dicere illa inuoluntaria appetere oportet. At irasci oportet in quibusdam et concupiscere quedam ut sanitatem et doctrinam. Videatur autem inuoluntaria dolorem afferre: sed que concupiscimus delectant. Insuper quid resert inuoluntaria sunt que per cognitionez: vel que per iram delinquuntur vtraq; sane fugienda sunt

# Liber Tertius

sed videntur nō minus humani esse irrationabiles affectus: act<sup>o</sup> vero hominum ab ira et concupiscentia sunt que inuoluntaria ponere absurdum est.

4 Quartum capitulū de inuoluntario quid ipsum est cum ostensione: q̄o propter iram vel concupiscentiam sūnt non sunt voluntaria neq; bona ppter has passiones facta voluntaria turpia aut inuoluntaria ad manifestā dum voluntarij dissimilitudine esse bene assignata. Dixit.

Nullaia  
lūptero  
mūnē agit  
spōte ali-  
quid.



**O**rtassis enim non rationabiliter dictum est in spontanea fieri quod sit ex concupiscentia et iracundia. pri mo quidem qm nullum animalium preter hominem agit sponte aliquid: neq; etiam pueri: neq; etiam agemus sponte aliquid eorum que ex concupiscentia sūnt aut iracundia. Et agemus bona na quidem spontanea: mala vero in spontanea: quod ridiculosum est: una eristente causa: intendo in bonum et malum: et est inconveniens ut dicatur q; concupiscentia nostri eius quod concupiscendum est: et ira nostra ei cui est irascendum est in spontanea. Dignum enim est ut irascamur in quibusdam rebus: et ut concupiscamus quasdam rerum: et vult sanitatem et disciplinam et putatur de rebus que sūnt in spontanea inferre eis tristitia: et eas qm concupiscentiam sūnt conferre delectationē: et eo q; sit in spontanea: palam est qm est in differens ei qd sit per errorem rōnis: cum sint ambo fugibilia et contristabilia: et passiones bestiales videamus non minus existere in hominibus q; in reliquis animalibus: inconveniens igitur est in spontanea di cere quod sit ab istis.

## Capitulum quintum.

**O**stch voluntariū et inuoluntariū dissimilitudine: con se quens est ut de electione dicamus: ea nāq; familiarissima videtur esse virtutis: et magis q; res ipse mores ostendere. Electione voluntarium esse constat: non idem tam nam voluntarium latius oportet. Voluntarium enim et pueris et alijs animalibus consequentie est: electio vero nō. trepida voluntaria quidem dicimus: electionē vero non habere. Qui vero ipsam dicunt esse concupiscentiam vel iram: vel voluntates vel opinionem quandā dicere recte non videntur. Non enim consequentie quiddam est electio nec rationabilem: sed concupiscentia et ira cōia sunt et incontinentia concupiscentia quidem sed non eligens agit: continens vero contra eligens quidem: sed non concupiscentia electioni concupiscentia aduersatur: concupiscentia vero concupiscentie nequaq;. Preterea concupiscentia voluntarij est atq; molesti. Electio autem neq; molesti: neq; voluntarij. Ira etiam minus. Nam que per iram sūnt minime per electionē

**M** fieri videntur: sed nec voluntas quamvis propinquum quiddam. Electionē apparent. Nam electio non est impossibilum: et si quis hanc elec tō spolium electionem vocet despere videbitur. At voluntas impossibilium est spolium, velut immortalitas: est etiam voluntas circa illa que ab eis puto q; spolium, vult nequaq; sūnt: veluti hystrionem altarem vel pugillem vincere. Verum hec talia eligit nemo: sed ea dumtaxat que ipse facere.

repose existimat. Insuper voluntas finis est magis. electio autem eorum que sunt ad finem: utputa sani esse volumus: eligim⁹ autem illa per que sani simus: et felices esse volumus: eligimus autem dicere non congruit. Omnitudo autem videtur electio circa illa versari que in nostra sunt potestate: sed nec opinio quidem erit. Nam opinio circa omnia videtur esse nec minus circa eterna et impossibilia quam circa illa que in nobis sunt: nec in bono et malo: sed vero et falso distinguitur. At electio per illa magis sit in totum idem esse electionem quod opinionem nemo fortasse dicit. At certe nec in parte aliqua idem est. Nam propter electionē bonorum aut malorum tales aliqui sumus: propter opinionē autem non. Et eligimus capere aut fugere aut aliquid huiusmodi opinamur quidem res ipsa sit et in quo conducat: et qua ratione utilis sit. Capere vero aut fugere non minus opinamur: et electio laudatur magis: quia quod opus erit elegerit quam quia rectius elegerit: opinio autem propter veritatem laudatur et eligim⁹ que maxime scimus bona esse: opinamur autem que non multum sci mus. Nec sane idem videntur eligere optima et opinari: sed opinantur quidam melius: attamen propter paruitatem deteriora eligunt. Utrum vero antecedat electionem opinio an magis sequatur nihil refert: neque enim querimus: sed an idem electio sit quod opinio quedam. Quid igitur aut quale est electio cum predicamentorum nihil sit: voluntarium quidem esse constat. Sed non omne voluntariū electionem habet. At id tantum cuius consultatio antecessit. Nam electio cum ratione et cogitatione est: quod et nomen ipsum significare videtur: quasi e quibusdam ppositis vnum aliquid legatur. id est captatur.

**Quintum capitulum:** quod de electione sequitur pertransire de qua primo ostenditur cum quibus non est idem. scilicet non idem cum voluntario: neque cum concupiscentia vel ira vel voluntate: vel opinione simpliciter vel aliqua: deinde quod est sub voluntario tanquam sub genere cui adiuncta differentia que est preconsiliatio colligitur quod eligibile est voluntarium precōsiliatum ex quo insinuatur quod electio est voluntas preconsiliatiā vel appetitus preconsiliatus. D.

**E terminatis** autē de spontaneo et inspontaneo con sequenter de eligentia dicendus erit. hec enim magis propriæ videtur esse rebus factis per virtutem: et est que iudicat de moribus et operationibus. Dicimus ergo quoniam manifestum est de electione: quoniam est spontanea: et non est intentio electionis intentio spontanea: eo quod spontaneum communius est eo quod fit per electionem. Communicant enim in eo pueri et animalia irrationalia et rationabilia in electione autem non: et de rebus que subiecto sunt non dicimus quod faciant per electionem. Qui vero dicunt eligentiam: concupiscentiam: aut iram: aut velle: aut opinionem quandam. id credulitatem non vident in hoc recte dicere: ideo quod eligentia non est cōsensu omnibus animalibus. Cōcupiscentia

# Liber Tertius

autē r̄ ira cōis est eis: r̄ incontinens sc̄bz cōcupiscentiam quidē operat: s̄z eligentia vero non: cōtinēs autē ecōuerso sc̄bz eligentia quidem operatur sc̄bz cōcupiscentia aut nō. Cōcupiscentia ergo eligētē cōtrariait s̄z nō cōrāria t̄ cōcupiscentia cōcupiscentie: r̄ cōcupiscentia delectabilis est r̄ cōtristabilis sc̄z remotionis ab ipso: eligētia autē nō: r̄ ira etiam nō est eligētia propter ea q̄ res que sunt p̄ iram parū sunt p̄ electio nē. Et etiā nō est electio velle quibus videat ei esse propinquā eo q̄ electio nō est impossibiliū: velle autē

O est. Si enim diperit quis q̄ impossibilia eligunt stultus reputabit: velle Velle est vero inuenit circa res impossibiles. U.g. vellemus immortales esse: r̄ velle respectu etiā rex est quā opatio nō est i nobis: vt athletā vincere: aut hypocrita: finis: ele: r̄ nullus qui dē eligit h̄mōi res: imo res eas eligit: quā in se vider actio: tio respe: nem: r̄ adhuc velle quidez maxime finis. Eligentia autē nō est nisi eouz q̄ etu eoz q̄ ducunt ad finem. U.g. sanari volumus: eligimus autē p̄ que sanamur: r̄ se sunt ad si lices esse vellemus: r̄ asserimus nos velle: nō est autē dicēdūz eligere nos hem.

fieri felicēs: ideo q̄ vniuersaliter eligētia videt earum esse facere in nobis est. Neq; etiā eligētia opinio est: ideo q̄ opinio in oībus est nō em i per petuis r̄ impossibilibus minus q̄ in his que ex parte nostri sunt: r̄ opinio diuiditur in verum r̄ falso: electio vero in bonum r̄ malum. D. Et vniuersaliter non dicer fortasse quis opinionei r̄ eligentiam vlo modo vnu esse: etenim secundūz electionem nostram boni r̄ mali quales dicimur scilz boni vel mali sc̄dm autem opinionem nō: r̄ per electionem requirimus: ali quid r̄ fugimus ab aliqua: per opinionem autem opinantes scimus quid est res: aut cui conuenit: aut qualiter conuenit inquisitio: aut rei: aut fuga aut ipsa re fere non sit per opinionem tantum: r̄ electio maxime laudatur: eo q̄ sit recti: opinio autē: eo q̄ veri. Et eligimus res quas scimus proprie bonas: opinamur autem res quas fere non scimus: r̄ non videtur eidē ipsi esse eligentes quod melius: r̄ opinantes quod melius. Multi enim opinantur quidem qđ melius: propter malitiaz vero suam eligūt quod deterius est: vtrum opinio precedat electionem: aut sequatur in hoc nō est diversitas, r̄ hec non est res de qua inquirimus. Verumtamen quod inquirimus esse vt sciamus an electio r̄ opinio conueniant in aliqua rerum. L Dicit. Cum igit eligentia nō sit aliquid eorum que commemorauimus videamus quid est r̄ quale quid est. Dicimus ergo. quoniam videtur q̄ sit spontaneum: verūtamen non omne quod sit sponte est ex electione: sed electus est vt cum hoc sit preconsiliatum: ideo q̄ electio quidem sit per rationem r̄ intellectum.

## Capitulum Sextum



Sed vtrum omnia in consultationem cadant: an q̄ dam sunt in quibus consultatio locum non habet forsan: dicendum est id in consultationez venire non de quo insipiens aut fatuus: sed de quo sane mensis aliquis consultaret. De eternis autem nemo consultat veluti de mundo: vel de diametro: vel de latere: quia inco mensurabilita sunt. Sed neq; de his que in motu: r̄ semper eodē mō exīt iure necessitate siue natura: siue propter aliā causam veluti de ortu: aut conuersione syderum: neq; de his que alias alter accidentū veluti de siccitatibus r̄ imbrībus: neq; de his que sunt a fortunā veluti de thesauri inuentione. Sed neq; de huma nis oībus

nisi osibus: nā quēadmodū scitarū respu. optime gubernet nemo  
lacedemoni⁹ cōsultat. hec. n. p nos agi nō possunt. At illa veniūt  
in cōsultationē que agi pñr: r a nobis qdē agi. Sunt autēz r alta  
hmoi. Lā videt esse nā: r necessitas: r fortuna: r mēs: r oē qd̄ per p  
hoīem: hoīes vero de his cōsultat q̄ sibi agilla sunt. Circa mani  
festas r sufficiētes disciplinas nō est consultatio vtputa de litte-  
ris nemo ambigitur: quēadmodum scrib̄ debēt: s̄z quoē a nobis  
fiunt: nec semper eodem modo ea sunt huiusmodi ut in delibera-  
tionem cadant. veluti illa q̄ ad medicinam: r ad rem pecuniariaz  
pertinent: r circa gubernaturam magis q̄ circa gymnasticam  
q̄sto illa minus est manifesta. Magis vero circa artes q̄ circa di-  
sciplinas cōsultatio cadit. Nā in his magis dubitamus: cōsulta-  
tio autē versat in his q̄ frequētius accidūt r incerta quēadmodū  
euadūt r indeterminata sunt. Sumimus r altos ad cōsiliū cum  
de rebus matioribus deliberaare volumus: nō satis nobisipsis ad  
discernēdū cōfici: nec sane de finibus cōsultam⁹: s̄z de his q̄ sunt  
ad finē. Dedic⁹ em̄ nūq̄ cōsultat an sanū faciat: nec orator an p  
suadeat: neq̄ gubernator respu. an bñ instituat ciuitatē: nec alto-  
rū q̄s de fine deliberat: s̄z posito fine quēadmodū puentat cōsi-  
derat. Et si p multa fieri posse cōstat p qd̄ illorū facillime r opti-  
me fiat p quirūt. Si vero per vnū quēadmodū p illud fiat r id rur-  
sus per qd̄ donec pueniat ad primā cām qd̄ in inuētione vltimū  
est. Qui. n. cōsultat videt q̄rere ac resoluere p dīcto mō q̄slī diagrāma. Q  
S̄z vñ nō ois p q̄sitiō esse cōsultatio ceu cum mathematici  
aliqd per q̄rūt. Uerū ois cōsultatio per q̄sitiō est: r qd̄ vltimū in re  
solutōe id primū in gnatōe: r si in aliqd incidūt qd̄ impole v̄deat p̄mū estin  
illud omittūt: veluti si pecunias opus si q̄s h̄re nō possint: finiūt gnatōe  
videt pōle: tūc facere aggrediuſt. Possibilitia intelligenda sunt q̄  
nos possumus: nā q̄ p amicos sūt p nos quodāmō fiunt: q̄ prin-  
cipiū in nobis est: q̄runt vero qñqz instra: qñqz opus illorū: eodez  
mō in reliqz: qñqz p qd̄: qñqz quo: aut quo mediate videt hō vt  
dicimus principiū esse agēdi. Cōsiliū vero de his esse q̄ cōsultati  
agibilis sunt actus vero aliorū ḡfa: nō cadūt iſi in cōsiliū fiunt:  
s̄z ea q̄ lunt ad finē: neq̄ certe singulares res veluti si panis est  
hoc r si digestū est vt opz: nā ad sensum id attinet: q̄ si semp con-  
sult in infinitū erit pgressus: cōsultabile r eligibile idē sunt: nisi  
q̄ eligibile r īapridē determinatā signat: qd̄ em̄ in deliberaādo ce-  
teris p̄tulum⁹ id eligibile dicis. Desinit autētūc demū vnusq̄s q̄re  
re quēadmodū aget cū in seipm̄ reducit principiū: r ipsius in an-  
tecedēs: hoc em̄ est qd̄ eligit. Patet hoc ex vetustis institutis que  
Homerus secutus est. Reges em̄ q̄ elegerāt denūctabāt in popu-  
lū. Lū ergo sit eligibile cōsultabile affectibile eorum q̄ in nobis  
sunt electio vtiqz erit cōsulta affectatio eoz que in nobis sunt.  
E  
Cōmen. Auer. super lib. Ethicoruſ.

# Liber Tertius

Ex consultatione enim iudicantes affectamus secundum consilium. De electione igitur hactenus dictum: et circa que existat: et circa illa versatur que sunt ad finem.

6. **C**onsecutus capitulo in quo quod electio est consiliativa interserit de consilio et consiliabili: primo quod non est de omnibus consiliis: et quod consiliabile est: pro quo solum intellectum habens consiliat: quod neque de eternis: neque de stetib[us] semper uno modo: neque de his quod a fortuna: neque de humanis oibus quorum cause sunt natura: necessitas fortuna intellectus: sed solum de his que nobis et operabilibus consiliariuntur: et neque de his omnibus: quod non de operabilibus que per certas et per se sufficientes sunt disciplinas: sed de his que per nos non similes: aut ut sepius et generaliter: non de finibus: sed de his quod ad finem qualiter et per quam erit: et si per plura per quod facilime et optime: si vero per unum qualiter per hoc erit: et illud quod vel regum ad primam causam intentione ultimam: quodque omni consiliabile consiliabile et dubitabile: potest per nos fieri: et non est aliqd pretium singularium: nec abutit consiliatio in infinitum: ex quibus certius colligitur quod eligibile est ex consilio predictatu: et electio consiliabile desiderii eorum que in nobis.

**V**idetur nomine elegentie significare in idiomate nostro electionem alicuius per alio. Cumque non sit quod est: quod est electio non sit nisi in spontaneo a consilio. Sciri est utrum consiliu[m] conuenit in omni re: ita quod oia sint consiliabilia: aut quedam sunt in quibus non est consiliu[m] dandum: et fortassis dicendum est quod illud super quod cadit consilium non est illud de quo consiliatur stultus et demes sed in quo consiliat discretus. Et non invenimus aliquem vestimentem consilio in rebus perpetuis scilicet in esse mundi et in suo fieri: aut in sua antiquitate: neque in diametro utrum est cōcūs alteri: aut non: neque utrū consiliat in rebus stetib[us] per motu: sive fuerit ex parte mae: sive ex parte forme: sive per casus alias: ut posse in privatione pluiae et multitudine sua: neque consiliat etiam aliquis in his quod casu suntrit in intentione thesauri: neque consiliat aliquis in quibuslibet rebus quorūlibet hominum. Nullus n. lacedemoniorum consiliat qualiter scythe quod nullum vicinitatem cum eis habent: optima vita vivunt. Nihil n. agēdorū hominum a nobis valde distatiū fieri habet per nos. Consiliariuntur autem de rebus quarsu actio in nobis est: et currunt per manus nostras: et hoc quod per nos et rerum sunt mā aut forma: aut casus: aut intellectus: et omnis quod sit mediatisbus hominibus: et unusquisque consiliat in eis quod potest ipsum agere: et quod currunt per manus eius. Et non est consilium in artibus ceteris sufficietibus per scientiam eas in quibus non expectant: et ea ab extriseco: ut ars scribendi. Nullus n. dubitat in scribendo ita quod indigeat consilium: quod scribere sunt liceat: et non consiliariuntur nisi in eo cuius factio in nobis est: cum non fuerit summodi unum et eiusdem: sicut se habet in arte medicinae et in oibus facultatibus: et consiliariuntur magis in negotiis marinis libris in exercitiis finitimi quod illa deficit ab alijs in certitudine agēdorum: scientiam quod ars exercitii potentior est in certitudine agēdi recte quam ars marinaria: et hoc modo se habet in ceteris artibus residuis quam utrum consilium: scientiam quod superant in hac intentione. et usus consillationis in artibus magis est quam in scientiis: et proprie in quo nobis ex ipsis incident sepius dubitatio. Et consiliatio eisdem fit in rebus frequentius aduenientibus in quod non est manifestum ad quod res denatura sit: et in rebus quod finis incomprehensus id est. Et regimur consiliari ut in rebus gradibus in quod non possidimus nobis meti ipsius de sufficietia consiliari in ipsis et in operationibus suis. Et de finibus quod non possidimus imo proprius consiliari de his quod ducunt ad fines: et hoc quod medicus non possidit de sanitate ipsa: sed de his quod ducunt ad sanitatem et rhetoris non possidit de persuasione meti ipsius.

sa: sed de his que persuaderet: et silt ciuitatu gubernatores non consiliantur in ipsis met operationib<sup>9</sup> studiosis et positionib<sup>9</sup> quas ponunt: sed consiliantur quidem in his per que sunt huiusmodi operations. Et vlt nemo consilientur de fine meti po: sed ois homo ponit finem quendam et inquirit de ipso qualiter fiat et per quid fiat: et qm manifesti fuerit q plura sunt per que habend<sup>9</sup> est finis inquiritur ea per que faciliter et melius possit haberi: et qm finis copleri poterit per rem vna inquiritur illa rem qualiter erit et per quid erit: et deinde inquiruntur de illa res quidem qualiter erit et per quid erit: et non desinunt ab inquirendo sic donec peruenient ad causam primam q est postrema in esse. Ille enim qui consilium inquirit quidem finem via resolutionis per conversionem: ista est via inquisitionis finis medius resolutionis per conversionem. Et iam manifestum est: qm ois inquisitio est consilatio ut inquisitio in doctrina et universaliter in speculatoriis. Causaq sit erit ois consilatio inquisitio et non conversionis: et vltimum in via resolutionis per conversionem est primus per inquisitionem ultimus in esse: et est illud gratia cuius sunt reliqua de quibus inquiritur. et propter hoc ponunt ipsuz primus in inquisitione: et tandem requirunt ea ex quibus necessario est esse eius: et si inueniunt in inquisitione aliquid impossibile desinunt ab ipsa. U.g. qm indiget pecunia et viatum fuerit non esse possibile eius ad eptionem in inquisitione: intendunt eius acquisitionem: et si fuerit possibilis perquirunt ea et si impossibilis desistunt ab ea: possibilia autem sunt ea quorum actio in nobis est. et hoc qm ea que possibile est fieri per amicos nostros: potestas eorum est in nobis modo quodam: principiū em̄ eorum est in nobis: et in reb<sup>9</sup> quidem que inquiruntur alterius rei causa fortassis inquisitio sit instrumentorum per que agit res illa: et fortassis sit inquisitio modi utendi illis instrumentis: et sic se habet in alijs reb<sup>9</sup> remanentibus de quibus innelutata gratia alterius rei fortassis: item inquisitione de eis in eo per quod habet fieri actionem: forsitan inquitur in eis de modo per quem habet fieri. Q.D. Et videtur sicut diximus homo esse principium actionum suarum: et consilium sit in operandis ab eo: et operationum quedam sunt gratia quarundam. Finitis vero quedam modum diximus non est de quo sit consilium: sed consiliatur quidem de his que ducunt ad finem: neque etiam consilium in reb<sup>9</sup> particularibus notis sensu comprehensum: qm sunt finis per opem ut qm non consilium: qm hec res bona: aut hec res sana: aut qm hec res facta est ut opem: et hoc notum sit in sensu. et hoc ideo qm ista sunt principia consiliationis. si ergo de his fuerit consilia dum indigemus aliis principiis et procedat res ad infinitum: quod est impotens: et res quidem consilabilis et eligibilis una est intentio determinata et consiliazibilis intentio indeterminata et est quidem eligibili determinata: et eo quod res in quam assensum est ad faciendum ipsam propter indicium consilij super ipsam qm bona: et propter hoc unusquisque honestum cessat ab inquisitione et consiliatione quando in seipsum redumperit et principiū ad id quod videt in illa re: et hec est res quod eligit intendere illud: de quo indicatus est ipsum esse bonum. Q.D. manifestatur autem quod eligibile est illud in quo consilium ex antiquis ciuitatibus quas sequebat Homerus: dicebat enim quod reges mandabant plebi obsernare res quas eligebant per consilium: vult finem quod estimo per consilium illud propter quod fuit electio ipsarum illarum: non quod ipsi imponerent eis res per impositionem: ad modum eius quod accidit apud nos in legibus: et qm est: item eligibile est in quo sit consilatio cum consideratione eius finem quod in nobis est agere ipsum. Cuicunque indicauerimus super aliquid per consiliationem desideramus ipsum per voluntatem et nitimus in ipsum. Diximus ergo determinandum eligibile quid est finem viam descriptionis. i.e. definitionis uniuersalis. et diximus in qua re sit: et qm sit in rebus que ducunt ad fines et diximus voluntatem esse finium. Capitulum septimum.

## Liber Tertius

**E**t voluntas eius est que est finis: sed videtur alijs quidem boni esse: alijs opinati homini atque ex eo fit ut qui boni esse dicunt negant ea nos velle que non recte cupimus: nihil enim volumus nisi bonum: esset autem malum si ita contingere. Sed qui opinatum bonum esse dicunt: non natura sed ut cuique videtur bonum appellat. Videtur autem alijs aliud: et sic contraria extiterunt: quod si ista non placent dicendum est simpliciter: et secundum veritatem id esse volendum quod bonum sit verum: singuli quod bonum appetit sequuntur. Ex quo fit ut studioso quidem viro verum sit bonum: prauo autem ut contingit quod in corporibus quoque accidit. Nam santis quidem salubria sunt eo que reuera salubria sunt. egrotatis autem alia. Eodemque modo amara: et dulcia: et calida: et grauia: et cetera huiusmodi. Studiosus enim vir singula recte iudicat: et in unoquoque verum discernit. Quibus enim habitus propria quedam sunt bona et iocunda: ac forte in dino scenda veritate studiosus vir plurimum antecellit quasi regula et mensura illorum existens. Multitudinem vero ut videtur voluptas decipit quod licet bonum non sit: tamquam appetit: sequuntur ergo voluptatem tanquam bonum. Dolorem vero tanquam malum fugiunt.

**S**eptimus cap. de voluntate et voluntabili quod voluntas est ipsius finis: et voluntabile ipse finis: simplex voluntabile quod similes seu per se bonum: vnicuique autem quod vel ac per hoc idem studioso voluntabile et secundum veritatem bonum: prauo autem quod accidit: quemadmodum sanis corporibus sana et homini quod secundum veritatem talia infirmis autem altera. Dixit.

**A**dam autem holum putat quod voluntas sit bonum: et quodam putat quod sit eius quod vel bonum: et sequitur dicentes quod voluntas sit bonum ut non sit voluntas nisi id quod est bonum per se et rectum. Cu[m] enim fuerit quod ex voluntate erit bonum: hoc autem est inconveniens. Forisitan enim accidit multis velle eos hoc quod est malum: et ipsum vel bonum: dicentes vero voluntate esse hoc quod vel bonum: sequitur hoc non esse aliiquid voluntas per se nam: sed erit illud quod volet unusquisque hominem secundum sibi visum fuerit donec velit ali quod: et ei contraire hoie: intendo quod velit rem unam eandem unum: et contraire eius alter: immo iam volet unum idem duo contraire in horis diversis. Si ergo sic se habuerit res non erit aliiquid voluntas per se: et hoc iterum est inconveniens. Si igitur non fuerint plausive hec due opiniones opere ut dicamus quoniam bonum illud quod est bonum per se est similes voluntas: et secundum veritatem: unusquisque hominem vult ipsum secundum et vel bonum: ergo vult bonum illud quod est in veritate: malus vero illud de quo contingit ut videatur ei quod sit bonum. Et hoc quoniam perceptio vel apprehensio quam haec bonus vel virtuosus de bono: et iudicium eius de ipso similiter inservit dicio sanorum sentientibus de rebus sensibilibus et iudicium vero mali de ipso si ille quod iudi milatur in dicto insimilatur. Et illi qui sunt in dispositione sanitatis discerent devina nunt sapores rerum quod sunt eis in virtute: intendo quod ipsi iudicent de dulci: quoniam dulci iudicium sum: intendo quod iudicent de dulci: quoniam amarum: Illi autem quod sunt infirmi faciunt huius diuersi iudicium sum: intendo quod iudicent de dulci: quoniam amarum: si vel contingit eis in vobis grauatum. vobis: et acutis: et odoribus: et reliquo sensibilibus: et quoniam sic est, bonus ergo est ille qui iudicat de unaquaque rerum iudicium sani: et videtur ei per se in unaquaque

earsi: eo q̄ in unaquacq̄ dispositioni sunt res venusti et res delectabiles nō  
sunt q̄ imaginat de ipsis. **D**. et dignū est ut sit bono magna pcellētia sup  
alteri in eo q̄ iudicet de vero: et in dimissione eius qd̄ dimittit unusquisq; ex rebus. Eterni ipse existit tanq; regula et mensura rebus: per quā iudicat  
de ipsis: et verisimile est q̄ error in hoc accipiens multis hominib; non acci-  
dat nisi delectationis causa: eo q̄ ipse videntur bone: et nō sunt ita q̄ volunt  
delectabile quasi bonū: et a tristis fugiunt quasi a malo. **C**apitūlū 8.

**A**m itaq; sit finis id quod volumus. Consultatio vero  
atq; electio eorum sit que sunt ad finem: sequitur ut act<sup>9</sup>  
fm electionem sint et voluntarii. Operationes autē vir-  
tutum circa ista varientur. Sunt vero in nostra potesta-  
te virtutes et virtutia. Nam in quibus utrum agamus an non aga-  
mus in nobis est in nostra sunt potestate. Quare si agere honestum  
existens in nobis est certe: et non agere turpe existens in no-  
bis est. Et si non agere honestum existens in nobis est: certe et  
agere turpe existens in nobis est. Quod si in nobis est honesta et  
turpia agere: similiter et nō agere: hic autem erat bonos et malos  
esse: in nobis erit probos et improbos esse. Dicere autem q̄ nemo  
volens prauus sit: neq; inuitus felix: alterum falso: alterum vero B  
Nemo inuitus felix est  
simile videtur. Porro felix nemo inuitus est: prauitas autem vo-  
luntaria res est: vel recedendum est ab his que premisimus: et di-  
cendum hominem non esse principium: neq; generationem rerū:  
quemadmodum filiorum. Quod si illa constat ne in aliud punct-  
uum q̄ in nosipso referre possumus quorum principium in no-  
bis est. Illa nobis erunt et voluntaria. Id testart videtur singu-  
lorum opinio: et legumlatores qui aduersus delinquētes penas  
constituunt si modo non vi coactum per ignorantiam cutis ipsi  
causa nō fuerint deliquerunt. Illis vero qui bene agunt premia  
constituerunt quasi alios inuitantes altos deterrentes. At qui  
ad ea que nec in nobis sunt: neq; voluntaria nullus horatur:  
quippe frustra hortaretur quis ut non caleret: vel non frigeret:  
vel non esuriret: aut aliquid talē: quamvis enim hortatus nihil o-  
minus illa pateretur: verum per ignorantiam commissa puniū-  
tur si ipse committens causa ignorantie videatur fuisse: ceu ad-  
uersus ebrios duplii pena constituta. Principium enim in ipsis  
est cum in eorum potestate fuerit ne ebri si ferent: quod causa est  
eorum ignorantie. Puniantur et ignorantēs aliquid ex his que  
legibus continentur que utiq; scire oportet nec difficultia sunt: eo C  
dem modo in alijs que per negligentiam ignorantē quasi in ipsis Quales  
sit ne ignorēt. Poterant enim diligentia adhibere: sed forsitan talis sunt cuius-  
est quis ut diligēs esse nequeat. Et vero hi sibi ipsi dissolute viue- q; ac rata-  
do causa sunt ut iniusti et improbi fiat in maleficijs et flagitiis de- lis tādē et  
gentes. Nam equales sunt actus cutisq; talis tandem et ipse euas- ipse euas-  
dit. Quod omnib; studijs exercitationibusq; conspicitur. Ignor- dit.

# Liber Tertius

care igitur q̄ ex actibus habitus sunt nimil in hebetis est. Absurdum etiā dicere iniuriantē nolle esse iniustū: neq; flagitia patrante flagitiosum. Quod si quis non ignorans agit ea ex quibus erit iniust⁹ voluntarie erit iniust⁹: nec tamen si velit iniustus cessabit iniustitia ac iustus fiet: non enim egrotatus sanus fit: et si ita contingat ut sponte egrotaret per incontinentiam atq; lascivitam preceptis medicorum aduersatus: tūc ergo licebat ei egrotare: sed nunc nō ampli⁹ licet quemadmodū nec emissum lapidē quis retinere potest. Fuit tamen in illo capere ipsum atq; emittere: principiū em in ipso: sic iniusto et flagitioso licebat q̄b initio talis non esse ex quo fit ut volens delinquit. Sed postq; talis factus est non licet postea sibi talis non esse. Nec solum animi virtutia voluntaria sunt: sed interdum etiam corporis que certe carpi mus et increpamus. Nam qui natura deformes sunt eos nemo reprehendit: sed eos qui per negligentiam atq; incuriam tales sunt idem facimus circa imbecillitatem: et turpitudinem: et cecitatem: nemo increpat cecum natura: aut egritudine: aut vulnere sed magis miseretur. Quod si pp̄ ebrietatem: aut aliaz huiusmodi causam cecus fiat omnes increpant. Virtutia igitur corporis que in nostra sunt potestate culpantur: que non sunt nō culpant. id si ita est in alijs quoq; virtutia que culpantur in nostra sunt potestate. Quod si quis dixerit omnes affectare id quod apparet bonum: sed ipsius apparentie dominos non esse: sed qualis quisq; est talis illi finem videt: si quis sibi habitus q̄r odammodo causa ipse sibi est: et apparentie cerre erit idem ipse quod ammodo sibi causa. Sinautem nullus suispli causa est male agendi: sed pp̄ter ignorantiam finis hoc agit putans sibi optimum esse ita facere: affectatio autem finis non in nostra est potestate: sed ita natura nos genitos esse oportet ut tanq; intulsum ad discernendum optima et experitēdum verum bonum habeamus. Atq; ille generosus est cui hoca natura existit: rem enim optimam atq; pulcherrimam quā nec ab alio accipere: neq; discere potest qualis a natura est instituta talem habebit atq; ita natum esse ea demum perfecta et vera est generositas: hec igitur si vera sunt quid magis virt⁹ q̄ vitium erit voluntariū. Utq; enim erit eodem modo et bono et malo finis natura erit: vel vtrumq; rāndem videtur ita facit: reliqua vero ad hec referentes vtrumq; agunt: siue igitur finis: nam cuiq; qualiscumq; apparet: sed prius hoc aliquis est: siue finis quidem ipse naturalis est: sed quia in alijs agendum Quales studiosus voluntarie agit virtus voluntaria est nihilominus et ipsi sum⁹ virtutia erunt voluntaria. Nā vt illa bono sic ista malo p seipsum extale poni sunt: si nō in fine at in rebus agendis. Si itaq; vt dī virtutes voluntas fine, iūtarie sunt: q̄ habituū nostroruū nosipsi quod ammodo causa sua

mus: et quales sumus ipsi tales ponimus finem: et virtutia certe voluntaria erunt. Nam similis in virtutibus ratio est: de virtutibus nobis consequenter dictum sit: et genere & mediocritates quedam: et quod habitus ex quibus fiunt: eadem quoque operantur: et quod voluntarij sunt: et in nobis ut recta dictat ratio: sed habitus quod si ita ut actus voluntarij sunt: quia actuum nostrorum ab ipso initio usque ad finem domini sumus ac singula nouimus: habitum vero ab initio cognoscimus ac singula qui postea addemus: ceu in aduersa valitudo ne ignoramus: sed ideo voluntarij dicuntur habitus quod in nobis erat hoc: vel illo modo vti. Resumentes igitur de singulis dicimus virtutibus: et qualis queque sit et circa quid: et quomodo: ex quo illud etiam apparebit quot virtutes sunt: ac primo de fortitudine dicere ordiamur.

**C**Octauum capitulo de eo quod virtutes et malicie sunt eorum que in nobis et nostra potestate et voluntarie cum redargutione opinantium virtutes esse voluntarias: non tamen malicias esse voluntarias. **Dixit.**

**A**m ergo sic finis voluntatis est: et omne quod dicit ad finem utilitabile et electum: tunc actiones que sunt in his sunt fientes sponte et per electionem: operationes autem virtutis in his fiunt: intendendo in actionibus electionis et sponsaneis. Et virtus rerum quas facere in nobis est: et similiter virtutum. Et hoc quoniam res quas facere in nobis est: et si facere eas in nobis est: intendendo quod rerum quarum in nobis est potentia faciendi eas: in nobis quoque est potentia non faciendi cas. et in quibus rebus dicimus sic in his quoque possimus dicere non: et si fuerit in nobis facere res pulchras. ergo et facere res turpes in nobis est. Cumque fuerit in nobis facere res pulchras: et res turpes et fuerit in nobis facere eas et non facere. sitque hec intentio esse nos bonos et esse nos malos: intendendo quod quando fecerimus pulchra et non fecerimus turpia sumus boni et conuersi: quando fecerimus turpia et non fecerimus pulchra sumus mali. ergo manifestum est: quoniam in nobis est ut simus boni et mali.

**C**sermonis autem dicentis quod nemo malus sponte neque bone in sponte videtur quiddam falsum est: quiddam vero verum. et hoc quoniam nemo in sponte sit bonus. malitia autem sponte sit. **C**o. Sic ergo dicendum nobis est in his rebus ut opterebit esse dubitationem in eo quod nunc diximus. et hoc ut non dicamus hominem principium esse neque generatio nem actionum sicut est generator filiorum nisi quod patens: quoniam quando inveniuntur ei iste actiones: et non est posse nobis. ut reducamus eas ad alia principia praeterquam ad res que in nobis sunt: tunc de manifestis est quod id de rebus cuius principium in nobis est ipsum quoque in nobis est: et est de fieribus sponte. **C**o. Videlicet autem unusquisque ex hominibus conciter et legum latores proprii testificari huic dicto cum puniant faciem malitiam verbo ad verbum quoniam non peruererit hoc factum coacter: et pro ignorantia eius et vltimis ipse causa huius facti: laudat asit eos qui agunt actiones pulchras quantum instigant hos ad hoc factum: illos autem diuertant a facto illo. Si ergo non esset ex parte ipsorum facere malitiam et virtutem non instigarent eos ad virtutem neque prohiberet eos a malitia nec punirent pro ipsa: nullus enim horatur aliud ad agendum aliquid quod in ipso non est: intendendo ad quod non potest: et quod non sit ab eo sponte cum nihil proficit exigere ab hoic ut non caleat.

# Liber Tertius

fiat corp<sup>o</sup> suū: aut vt nō doleat neq<sup>ue</sup> timeat: vt vlt vt nō accipiat ipm aliquid  
ex his que currunt hoc cursu: etenim hic accipit nos proculdubio: nec est  
nobis posse vt non accipiāt nos. **C**D. Et puniuntur quidem dñi legum:  
pro ignorantia: cum de quo pntant q<sup>ue</sup> voluntas sua snt causa ignorantie  
vt in ebr̄is duplicant em penes eas: eo q<sup>ue</sup> principiū huius facti in ebrio est  
cum fuerit in ipso nō inebriari: hoc aut ignorantie cā et puniunt etiā eos  
qui ignorant res necessarias in lege: quarū intellectus non est ei difficilis  
et similiter puniuntur pro facto rerū de quarū putant factoribus q<sup>ue</sup> ignorēt  
eas ppter descendit pigritiam: eo q<sup>ue</sup> in ipsis erat non ignorare eas cum in  
ipsis esset studere in eis: qnimo in eis erat vt essent cā ipsaruz: ideo q<sup>ue</sup> qn  
ip̄i fuerint boni erunt cause facti boni: in ipsis ergo est vt agant bonum  
vt sint in dispōsitione per quam snt factores boni et cause ipsius: eodem  
modo qui operatur malū fit per factū suum causa vt sit iniustus. et qui du  
rat in potatione vini est causa sibi vt fiat intēperatus. nam actiones invna  
quaq<sup>ue</sup> rerū faciunt agentes esse illarū dispōnum et habitum pportiona  
torum ad bonū et ad malum. et hoc manifestum est ex eo q<sup>ue</sup> acquirere facit  
exercitatio et frequētatio in vnaquaq<sup>ue</sup> rerū ex rebus que aguntur fm quē  
cunq<sup>ue</sup> modū aguntur: intendo q<sup>ue</sup> frequentia acquirere facit habituz p quē  
fit perseverantia in illo actu. **C**D. Ignorare igitur q<sup>ue</sup> dispōnes et habit<sup>o</sup> nō  
sunt hōi nisi ex actione sua in quibuslibet rebus singularibus est de natu  
ra eius que sensum nō habet. Amplius de his que preter rōnem sunt est vt  
iniustus nolt esse iniustus et agat actiones iniustitiae et vt intēperatus no  
lit esse intēperatus: et agat actiones intēperantiae: si non fit homo iniu  
stus et est ignorans actiones quas agit fit vtiq<sup>ue</sup> per eas iniustus et non fit  
homo iustus qn voluerit vt faciat actiones iustitiae: et ipse nō cohibet se ab  
iniustitia: ne infirmis etiā sit sanus qn voluerit sanitatem et ipse nō custo  
dit regimen suum. Cunq<sup>ue</sup> hoc sic fuerit tunc ille qui non custodit regimen  
sūi neq<sup>ue</sup> recipit qd dant ei medici qn infirmatus fuerit: infirmatur equidē  
sponte et de voluntate sua et q<sup>ue</sup> pole fuit ei in illa hora non infirmari: veri  
tamē nō eligit illud imo in hac dispōne est tanq<sup>ue</sup> qui projicit lapidem: neq<sup>ue</sup>  
est ei pole vt resummat ipsum: s<sup>i</sup> tamē in pncipio rei erat pole ipsi non acci  
pere ipm ad pyciendū cūleo. pncipium ergo rei in accipiendo lapidem  
et projiciendi cū ipso in eo erat: et s<sup>i</sup> līt est dispositio iniustitiae et in intēpe  
rantia. Etenim in ipso erat in principio rei non facere illud: fm hoc igitur in  
iustus fit iniustus sponte: et temperans intēperās. qn aut conuersi fuerint ad  
hāc dispōnem et habitū iā nō pole est eis nō esse tales: sicut se hz in eo qui  
p̄jicit lapidem. **C**D. et non solū malicie aic snt sponte: et verum etiam in  
qbusdā hōim malicie corporis snt sponte: et sunt illi quibus imroperam<sup>o</sup>  
illud qd accidit eis de hoc. Nemo nāq<sup>ue</sup> imroperat ei qui deformis fuerit  
naturaliter: imroperat aut ei et vituperat eū q<sup>ue</sup> talis fuerit ex segnitia et ne  
gligētia: et sic se hz in egritudine fiente per naturā. Nemo nēpe imrope  
rat ceco per naturam: aut causa egritudinis: aut cā plage: sed potius mis  
eret. Illi vero quem accipit cecitas ex multa vni potatiōe: aut ppter aliquā  
aliā causam intēperatē vniq<sup>ue</sup> imroperat et maledicit. pro maliciis  
ergo corporis q<sup>ue</sup> ex pte nostri sunt vituperam<sup>o</sup> hñtes. sed pro his q<sup>ue</sup> nō sunt  
ex pte nostri: nō. Et cū sic sit in dispōnibus corporis: in reliquis quoq<sup>ue</sup>  
maliciis in quibus vituperamus hñtes eas actiones in nobis sunt. **S**i  
aut dixerit q<sup>ue</sup> qm oēs hoies desiderant illud de quo eis videat q<sup>ue</sup> sit bonū  
sed visio non est in posse eoz: at vero vniq<sup>ue</sup> eorum talis finis videat quas  
lis dispōnis ipse fuerit: et hoc est per necessitatē sequendi dispōnes suas.  
**S**i ergo fuerit vniq<sup>ue</sup> hōium per aliquēz modorū cā dispōnis sujpl<sup>o</sup>:

5

et fuerit phatasi a sua sequens sui dispone: erit etiam ea phatasse sue: si aut non: nō erit aliq̄s hoīm ea faciēdi mali: verū non erit ea eius nisi propter ignorantiam eius: finis ideoq; putat: qm̄ est optima res hoī vt si desiderium eius ad finem p̄ hoc q̄ videſ ei de ipso non voluntariū solū: immo indiget ut sit ei per naturā hec p̄ aie in fine bonitatis: quēadmodū indiget ut sit visus quo discernit discretione bona. Et cū sic sit indiget vel et bonus ei fin q̄ naturatus est ad ipm̄: et hec perfecta et vera bonitas nature. Cūq; sit hoc verum nō erit magis sponte virtus q̄ malitia: non fm̄ modis vnum exiſt finis bono et malo: sive per naturā: sive qualitercūq; positiū fuerit: aut visum: et cetere rerum que sunt ante finē quas faciunt fm̄ quēcūq; modum sunt: nō em̄ faciunt eas nisi ppter finem: si ergo nō fuerit finis sive bonus sive malus fuerit vñtcuiq; hoīm p̄ naturā: aut fuerit per naturā et faciat bonus hic qd̄ ante finē sponte et malus s̄l: tunc virtus fit sponte: et malitia etiā fit sponte non minus hac cū inueniatur mali in actionibus et in finez per se. Si igitur vt dicitur fuerint virtutes fientes sponte: eo q̄ nos cause sumus dispōnum p̄p̄ quas dicitur de nobis: qm̄ sumus virtuosi aliquo modo: et qm̄ quales nos sumus talem finem ponimus. i. facimus ipsum: et ē in dispone in qua nos sumus: erit ergo iterū tunc malicie sponte sicut et virtutes. **D.** Nam ergo determinauimus rem virtutū determinatiōe coi: et mētione fecimus ḡnis earū fm̄ viam descriptionis: et dixim⁹ qm̄ sunt me dictates: et qm̄ sunt dispōnes. i. dispōnes medie: et quoniam sunt operatioes rerum illarū a quib; sunt per se: et quoniam actus earū in nobis: et qm̄ sūt spōte: et fm̄ q̄ inbet recta ratio. **D.** Nō sūt aut actioes sponte ad similitudinē habituū: nos etēm dñi sum⁹: et potentes actionis a principio actionis vñcq; ad postremū eius ad sciendā partes actionis. Super habituū aut principia potentes quidē sumus: partes vero ipso et additamenta in cognita sunt: et p̄p̄ habituū malorū: quēadmodū in egritudinē dispōne intendo qm̄ principia ipsaq; in nobis sunt qm̄ non cōseruamus nos p̄ die tas et exer citia: additamente vñq; ignota: versitatem ex quo fuerit res in principio eaz i nobis erūt vñq; ex his q̄ sūt spōte. **D.** Reuertamur itaq; et dicam⁹ de yno quoq; istoq; habituū qd̄ est: et in q̄bus reb⁹ existit: et qualiter manifestab; ex hoc quot sunt. Loquamur aut̄ p̄io in fortitudine.

### Capitulum nonum.

**M**odocritatem esse fortitudinē in metuendo et audendo dictum est prius: metuimus autem que terribilia sunt: ea vt simpliciter dicamus sunt mala: itaq; metum diffinivit expectatione mali. Metuimus ergo omnia mala ceu infamiam: egostatem: morbos: iniurias: mortes. Sed nō videtur circa hec omnia fortitudo versa ri. Nā sunt qdā q̄ metuere honestū sit: non metuere turpe: veluti infamiam qui timet humanus et verecundus: qui non timet impudens est. Dicitur tamen a quibusdam fortis per similitudinem q̄ simile aliquid habere videatur. Nam et ipse fortis impavidus est: nec paupertas forsitan metuenda est: neq; morbus: neq; illa vt summatim dicam que neq; ab improbitate: neq; a nobis prouenant: nec tamen qui ista non metuit fortis est. Sed vocamus et hunc fortē per similitudinem. Quidam enim in bellicis periculis meticulosi liberales sūt: et ad erogādas pecunias satis habēt

# Liber Tertius

audacie:nec etiā q̄ p̄ filior̄ atq; v̄xoris pudicitia metuit: aut in  
uidiā vel aliqd tale:timidus est:nec certe fortis: h̄ytr̄ḡs cedēdū  
nō terret. In q̄bus igitur terrorib⁹ fortis dicit an in maximis:  
nullus em̄ piculorū tolerantior:terriblissimū vero oīum mors:

Mors est  
oīuz terri  
bilissimū.  
h̄ hic enim fīns neḡ quicq; preterea bonū vel malū mortalibus vi  
detur esse. Sed neq; circa oē genus mortis fortitudo videt: ceu  
in mari:aut in morbis:in quib⁹ iḡf an in pulcherrimis:talia vero  
sunt in bello:in pulcherrimo sane ac maximo periculo. Testātur  
honores a ciuitatibus ⁊ regibus cōstituti: p̄pric iḡf fortis dicit  
qui ad honestā mortem: ⁊ ad ea oīa q̄ repēte illam afferat interi-  
tus est. Ea vero maxime in bello cōtingūt:quoniam etiā ⁊ in mari et  
morbis:fortis vir interitus est:neq; ita vt naute. Nam illi qđē de-  
sperata salute tale genus mortis moleste seruit. h̄i vero p̄pter ex-  
periētiā cōfidit: ⁊ simul audent in quibus est opus fortitudine:  
aut pulchru mori quorū neutrum in hm̄oi genere mortis existit:  
nec sane terribilia omnibus eodem modo sunt. Dicimus aliquid

3 terribile supra hominem quod cuiq; mentem habenti terribile  
est. Que vero scdm hominem terribilia sunt magnitudine diffe-  
rūt: sīlīr aut ausus. Fortis vir impavidus estvt homo:quare time-  
bit hic vt opz vt dicitat ratio tolerabit decoris grā: hec enim vir-  
tutis finis est:metiuuntur aut̄ hec magis ⁊ minus: delinq̄tur vero  
qñ aut ita sit vt nō opz:aut nō itavt opz:aut nō qñ opz:aut aliqd  
hm̄ot: eodē modo ⁊ in audendo. Qui iḡf q̄ opz: ⁊ cuius grā ⁊ qñ  
⁊ vt cōnenit sustinet ac metuit: ⁊ audet is fortis est. Ut em̄ digna  
⁊ vt rō p̄cipit patitur ⁊ agit vir fortis:fīns autē cuiusc actionis  
est s̄m habitū. Forti vero fortitudo decorū videtur: talis iḡf ⁊ fi-  
nis:singula aut̄ ad finē determinātur:decoris aut̄ cā fortis vir su-

2 bit atq; agit fortitudinis opa. Excedentium vero q̄ in nō metue-  
do excedit absq; noīe est. diximus ⁊ multa prius esse innoīata:fo-  
ret aut̄ hic stupidus qđē ⁊ insanus: si neq; terremotus neq; flu-  
ctus primeat vt de celtis dī. Qui nō audēdo excedit feror est: vt  
detur aut̄ feror factator qđā ⁊ fortitudinis simulator:nā q̄lis for-  
tis circa terribilia est talis iste videt vult. Itaq; imitat illū in qui-  
bus pōt: ex quo sit vt pleriq; illoīu admīrtā habeat cū timore au-  
daciā. Apperētes em̄ pericula nō sustinēt: q̄ aut̄ metuēdo excedit  
timidus est. nā ⁊ q̄ nō opz: vt non opz: ⁊ omnis huiusmodi hunc  
sequunt̄. Deficit ⁊ in audēdo: sed in molestis supercedēs magis  
in eo conspicitur: desperās qđē meticolosus est. Lucta em̄ formi-  
dat: fortis contra p̄ter fiduciā bonam spem h̄z. Circa eadē igitur  
versantur timidus ⁊ feror ⁊ fortis: s̄ aliter at, p̄ aliter ad illa se h̄nt  
h̄i quidē excedūt atq; deficiunt: hic vero mediocritatē tenet: ⁊ vt  
oporet: ⁊ ferocias quidem procives sunt ⁊ valentes ante pericu-  
la: sed cum pericula assunt non sustinent. Fortes vero cū ad rem

venerint feruidi sunt: ante rē vero quieti. Ut igitur diximus fortis  
tudo est medio critas in metuendo et audendo de quibus dictum  
est: et quia decorum est suscipit et tolerat: vel quia turpe nō. Mor  
tem vero appeteret ob fugiendum paupertatem aut amorem: aut  
altud quicqz graue non fortis est sed magis timidi: est enim mol  
lices quedam laboriosa fugere: et non qd decorum sit mortem su  
bit: sed quia malum deuitat. Fortitudo igitur aliquid tale est.

**C**onum capitulo m qd non circa omnia terribilia est fortis: sed vita ma  
xima: vt circa mortem: non omnem tamen: sed circa bonam mortem impa  
vidus: et quicqz mortem inferunt repentina existentia qd qui fortis est  
impavidus est: etia in mortib⁹ accidet⁹ ex necessitate: in qbus neg⁹ bonū  
neg⁹ malū sūm se: deinde ex quibusdā divisionibus colligit qd fortis: adiſis  
gens qd et qualis audax: et quis et qualis timidus: et qd fortitudo. Dicit.

  
**I**ximus autem in eo quo dixerimus de re fortitudinis: qm  
est medietas in eo qd est inter timorem et audaciam:  
et timemus quidem res timorosas: et h̄ sunt yniuersaliter mala: et  
propter hoc dissimilunt timorem dicentes qd est suspicio mali inci  
dere apti: aut eius timetur incidia ut est mala: aut paupertas:  
aut egritudo: aut priuatio amicorum: aut mors: non videtur autem circa  
omnia hec hominem fortē esse: quedam namqz oportet timere et eorum te  
mor decens est: nō timere vero indecens et actiones infamabiles: qui em  
timet has et formidat hic verecundus est: qui vero non timet eas neg⁹ for  
midat est invere cundus: quidam tamen iam nominauerunt hunc fortē  
per modum participationis in nomine. ideo qd in eo est aliquid quod simili  
latur ei qd est in forte: et hoc qm fortis nō timet: fortassis autē in paupertate  
et egritudine non oportet timeret: neg⁹ penitus aliquid eoz que con  
tingunt a malo nō fiente ab homine: neg⁹ per eius adiutoriū: veritatem  
qui nō timet ista fortassis: neg⁹ nominamus eum fortē: nisi sūm viam simili  
tudinis: et hoc qm hominē quidam timidi sunt in bellis: et cum hoc propora  
tionantur ad audaciam: intendo qd sunt audaces ad expendendū pecuniam  
quā habent inter manus: et neg⁹ qd timet verecundiā circa filios et amicos:  
aut circa aliquid sile is timidus est: neg⁹ qui preceps est in flagellori ver  
bera cum procacitate fortis est. **D**ed itaqz isto modo est: tunc in quo ex  
timorosis: opz ut dicamus hominē fortē. dicamus igitur qd hoc erit i m  
pīmis eoz: nullus em̄ inuenitur tolerantior eo terribiliū: intento eum q  
tolerat maxima ipsori: terribilia autē et maxima sunt ea ex quibus suspi  
catur mors: eo qd ipsa est finis: sed videtur mortuo post mortē aliquid ac  
cidere: aut de bono: aut de malo: nō autem videt fortis ille qd nō timet quā  
eius mortē: utputa morte in mari: aut egritudinibus: sed fortis est ille qui  
non timet mortē: que est ex parte rerū decentiū valde: et est mors contin  
gens in bello: et hoc qm hec mors est in maximo et optimo periculo: et iam  
cōuenierunt hoies in hoc qd maxime exaltādus et magnificādus qd mortē su  
stinerit in bellis cum regibus: et dicit quidē pīm veritatē fortis: ille qd mor  
tem decentē nō declinat: neg⁹ res que subito mortē ingerit cum appropin  
quant sibi: et hec proprie sunt ea que in bello: et non solū fortis est ille qd hāc  
mortem nō declinat: verū em̄ illc qui non metuit mortē fientē in mari et in  
egritudinibus: et nō est habitudo huius ad timorem mortis in mari: sicut  
habitudo marinariorum: et quoniam fortis diffidit de evasione in mari:  
gravis est ei modus huius mortis: marinarij autem commensurant eva  
sionem propter longā experientiam: sed neuter tamen modox istius mors

# Liber Tertius

sis decens est vel pulcher: et non est res timorosa una et eadem omnibus hominibus sunt enim hec res ex cellentes naturam hominis: et huiusmodi expauescit ois intellectus habens: ea vero que excedunt naturam hominis diversificantur in magnitudine et multitudine et paucitate: et similiter res super quas audetur: cor itaque fortis non trepidat: neque mutatur: quemadmodum alterum hominem: veritatem metuit terribilia prout opus: et secundum quod dictat intellectus et sustinet per honestatem et decorum: haec enim est finis virtutis et eius intentio. ¶ Et timeret a rebus timoris magis et minus quam opus: et timeret etiam a rebus non timorosis quasi a timorosis: et vel peccatum in hoc quod fuerit metus rei de qua non opus timeret: et quomodo non opus siue minus sine magis: et ubi non opus: aut quod currit hoc cursu: et sic militer se habet res in audacia super timorosas si inuenient ibi directio et pectus: neque qui tolerat ea que opus talerari: et gratia cuius opus: et timeret ea quemadmodum opus: et quod opus: et gaudet super ea: et est in hac dispositione: haec fortis est et hoc quod fortis est qui agit et patitur quemadmodum dictat: et operere facit habitus et discretio. et finis omnis actionis est quod sit secundum: et fortitudo est res decora fortis: et similiter finis eius est etiam res decora: et hoc quod omnes res diffinitur quidem per finem: fortis igitur hoc quod suffert decori gratia suffert: et agit quidem hoc quod existit fortitudo. ¶ addes autem super fortis in priuata ratione quidem metus nomine non habet in idiomatico: nostro: intermedio priuatu motu oino: et in re: et iam diximus in precedentibus: quod multa caret nomine: veritas tamen qui nihil penitus timeret: neque terremotus: neque procellas hic est amans et insensibilis ad dolorum sicut narratur de celtis. Ille vero qui superfluit in bello super res timorosas est procax: et putat de procace quod sit simulator fortitudinis: vult enim ut appareat audax super res timorosas atque fortis: mittitur igitur assimilari ei quantum potest: et cum hoc inueniatur plures eorum timidi: procaces: et hoc quod irruunt audacter: sed non suffert terribilia: super excendens autem in metu est timidus: et hunc de necessitate sequitur ut sit timens a quo non est timendum: et non opus: et quando non opus: et ubi non opus: et est deficiens a securitate et a vita delectabili: et superfluit in tristitia: et tristitia et timeret nimis: et per hoc sit res eius manifestior in his: timidus itaque modicus habet fiduciam et diffidit: et quod expauescit ab omni re. Fortis vero contrarius est ei: eo quod audacia existit ei qui multa habet confidentiam et facile timidus itaque et procax et fortis circa has tres innenuntur ac diversificantur in ipsis: nam prolixus superfluit in ipsis: et timidus deficit: et fortis mediocris existit in eis agens eas quemadmodum opus: et procax precepis est: et anhelat ad ingressum terribilium. Fere autem experiens declinat eas ab eis: fortis vero quando experit actiones reddit acutus et agilis: et ante hoc existit morosus: fortitudo igitur ut diximus medietas est in iuncto: quod est inter timorosa et audacia et hec sunt de quibus diximus quod fortis eligit in eis decentiam et tolerat eam: diversum huius turpe reputat. ¶ Eligere autem mortem fugiendo egestatem: aut amorem: aut aliquas tristitiarum non de natura fortis est: sed potius timidus: et hoc quoniam fugere ab inferente dolorum vel tristitia turpe est: et tolerat haec fortis: quod pulchrum sit: sed fugit a malis. Quod ergo se habet isto modo fortitudo est.

Capitulum. 10.



Homer.  
Hector.  
Diomedes.

Icuntur et alie quinq[ue] modis. Primo ciuills que plurimam cum illa conuenientiam habet. Subeunt enim diverses pericula metu penarum: et propter infamiam et honorum: atque ea de causa fortissimi videntur esse: apud quos timidi infames sunt fortis vero in precio habentur. Tales Homerus facit aliquos ut diomedem et hectorum. Pollydamas

me primus redarguet et diomedes: Hector enim quandoque diceret apud trojanos concionans. Tudes a me. Similis autem hec maxime est illi de qua supradiximus per virtutem fieri. Ex pudore enim et cupiditate decors prouenit quando honores gratia et ob fugiendam vituperationem que turpis est. In eodem gradu quis reponat: et qui a magistratibus compelluntur: sed eo deteriores sunt quod non pudore sed metu adducti id agunt: nec dedecus fugiunt sed penam. Compelluntur enim ab his qui potestatem habent ut apud Homerum hector inquit. Si quidem ego procul a pugna formidantem asperero: non ei sat erit fugere canes. Prefecti quoque eos qui recedunt a pugna verberibus cogunt redire: et qui pro vallo: aut fossa collocant: omnes enim cogunt: sed oportet non necessitate sed quod decorum sit fortis esse. Videntur etiam rerum peritia fortitudo esse quedam. Quamobrem Socrates censebat fortitudinem esse scientiam: tales sunt in bello milites: et alijs quidem in alijs. Bellum vero multos terrores vanos habere videntur hiq; militibus noti sunt: itaque fortis ipsi creduntur: s; quoniam alii qualia illa sunt ignorant. Deinde et iisdem offendere seipso tueri propter peritiam maxime possunt: et armis viuntur ad vulnerandum hostem: et se tuendum aptissimis. Et quod fit ut ipsi armati aduersus inermes decent: et velut athlete aduersus rudes et inexercitatos. Nam et in certaminibus non fortissimi: sed amplas vires et robusta habentes corpora pugnatissimi habentur. Sed milites quidem timidi sunt quando matus periculum imminet: velut si pauciores aduersus multos: aut impatiati aduersus paratos instructosque congregantur. Primi enim fugam arripiunt. Urbane vero copie manent atque intereunt: quod apud hermeum accedit: nam his turpe fugere et mos huiusmodi saluti preferenda. Illi vero quasi superiores ab initio se periculis obiectarunt: moxque intellecta re fugam arripuerunt morte magis quam dedecus formidantes. Sed fortis nequaquam talis. Nam quoque in fortitudinem referunt: videntur enim fortis qui per iracucent fere bestie in percussores feruntur: quoniam et fortis iracundis sunt. Impetuosisima quidem res est ad pericula capescenda animi concitatio. Unde homerus robur animo iniecit: et alibi vis et animum concitauit subiectaque per nares impetus: et effebuit sanguis. hec omnia significare videntur animi concitacionem et impetum. Fortes igitur propter decus faciunt: ira vero eos adiuuat. Bestie vero propter dolorem si vulnerate sint: aut timeant: nam cum in silua vel in palude sunt nequaquam inuidunt. Non est igitur fortitudo si dolore aut ira concitati in periculum defertur: nihil preudentes eorum que incurunt. Nam sic asint fortis quoque essent cum ne verberibus quidem a pabulo remoueri possint.

## Liber Tertius

**M**oechi autem propter libidinē multa audent. Non ergo sunt sūli fortes dicendi qui per dolorem aut iram pericula adeunt; proxime autem ad eam que maxime sūm naturā est accedere videtur fortitudo que per iram fit: si modo electionem rationēqz ante suscepit: et homines sane irascēdo quidē dolent; vlciscendo vero leuantur. Sed qui per hec agunt: pugnaces quidē sunt: at non fortes: nō enim ratione: neqz decore: sed perturbatione animi agūt. Confidētes.

**I**habent tamen aliquid simile fortibus. Nec etiā qui propter fiduciam sui audent fortes vtriqz sunt. Consuetudine enim vīcendi fiduciam in periculis suscipere: in eo tamen fortibus similes: qd vtriqz pericula contemnunt: verum fortes ob eas rationes quas supra diximus. Isti vero q superiores se fore sperant: nec eis resisti posse. Sed ebrii quoqz aliquid tale faciunt: fidentes autē sunt cum ebrii sunt: cum vero non sunt ebrii pericula fugiunt. Viri autem fortis est que hominibus terribilia videntur: et sunt ea subire: quia decor fit ita facere: et turpe non facere. Quamobrem fortior esse vī qui subitis improbusqz piculis nō turbat qz: qui manifestis atqz prouisis. Ihabitu em̄ hoc magis agit: vel certe min⁹.

**I**gnorantia vero ut habitus est ita perforuntur. Fortes videntur et qui ignorant nec multum absunt ab his qui propter fiduciam audent: sed eo deteriores sunt q non existimatio ne vt illi: sed ignorantia audent: itaqz illi sustinent aliquod tempus: hi vero simul atqz intelligunt: aliud est qz ipsi putabant: aut fugiunt quod arguis contingit cum in lacedemonios inciderit: quos fictionis putabant esse. Dictum est qui fortes sint: et qui fortes videantur.

**50** **D**ecimū capitulū de quinqz nō veris: sed imitatiis seu apparentib⁹ fortitudinibus quarū prima politica sustinens. vñ: pericula propter opprobria vitanda: et honores cōsequendos: que maxime assimilatur vere fortitudo: ad quā politici reducunt qui pp coactionē fortiter agunt deteriores politici: eo q fugientes nō turpe vt politica: sed triste. **C**etqz q experientia circa singula: ex qua potentes sunt facere et non pati: qui cum cognoscunt pericula sunt mortem magis cupientes. **T**ertia que per furorem ire que naturalissima est et assumens electionem et q cuius gratia sit fortitudo. **Q**uarta que bone spei qualis presumptuosus et inebriatorius. **Q**uinta que propter ignorātiā que proxima deterior: quia fortes sum illam permanent vel aliquod tempus: sūm hanc autem fortes: quia ignotæ et decepti nullam dignitatē habent si cognoverint: quoniam alind q suspicantur statim fugiunt. Dixit.



**I**citus autem fortitudo aliter quinqz modis. **P**rimus mos primus homini post fortitudinem que est sūm veritatē: et hoc qm̄ ciues videntur periculosa tolerare pp hoc q mandant leges et penit et opprobrijs infligēdis ei q fugerit a bellis: et pp honore;

erhibendos ei qui perseverauerit i ipsis: et ppter ea putat de eis q sint fortissimi hominum: eo q timidi sint viri opprobriorum: fortis vero sunt viri honesti. hec autem fortitudo similis existit fortitudini quam determinauimus prius: q ipsa sit quidem ppter virtutem modo quodam: cu sit quidem propter verecundiam et desiderium pulchritudinis. v.3. pp cōsecutionem honoris et fugaz opprobrii: cum sit opprobrium turpe: neglegentes similes existit eis qui fortitudinem exercet ppter necessitatem et coactionem principiantur ipsis et minantur pernas si non perseverent: et ppter viliores sunt isti qui fortitudinem exercent timoris ea non verecundie et fugientes triste non turpe: et hoc qm dñi impellunt psecutores suos ad fortitudinem: sicut fecit hector qm dixit: que vero videro fugientem a bello puericam spm lupis et avibus ad deuorandum: et idem factum faciuit illi q mandat ut percutiant illi q fugiunt a bellis: et illos qui fortitudinem exercent pp coactionem et necessitatē: qz actiones ipsorum pseuerare faciunt in fortitudine. Non sunt autem isti fortis. opz enim ut fortis faciat hoc quod facit: non qm coactus ad hoc: s qm videt q est factum decorū. Secundus autem modus fortitudinis est qui sit pp peritiam et experientiam in unaquaq res: et pp hoc putabat Socrates fortitudinem esse sciām: et inueniuntur quidem hoies pualere ppter experientiam in unaquaq rerū qz frequentant: ideo milites inueniuntur in bellis in hac dispositione. In bellis neque multe res noue ac recetes emergunt: quarum isti pprie certitudinem habent. Videntur itaque fortis: eo q fortitudinem habent sine potentiam operandū bello ea que non possunt alii operari: ppter hoc qd habent de scia in ipsis. Securant ergo ab occasionibus quas parat eis aliquis: et ppter multiplicem aptitudinem iporum potest eis ut preservent se ab incuria rei cuiuslibet: et sunt potentes ad inferendum quilibet inimicis suis et potentia quā habent superius armorū: cu sint in disponētione qua pparantur eis ut noceant ipsi inimicis absq receptione nocuimet ab eis. Sunt igitur hostes se tanq armati pfectum habentes cu inermibus: et tanq edicti ad bella præliaentes cum ignariss artis bellandi: et hoc qm in hominib non fortis pcellentes sunt in bello: s qz scientiores sunt artis plicandi: quemadmodum bellicosiores ferunt robustiores: et quod habitudo corporis existit valitudinis habitudo. C. D. At vero militias super et crescente periculo et multitudine pualente eorum preparationi titubant: et primi sunt fugientis morte: sed fortitudinem habentes ciuilem perseverant mortem expectantes: eo q existimant fugā turpem: et mortem eligibiliorē evasione cum fuga opprobriosa: et eruditū quidem in bellicis in principio rei viriliter agunt cōfidentes de peritia quam habent: cognoscētes autem mortis instantiam in fugam queruntur amplius morte metuentes qz fuge turpitudinem. fortis autem non sic fortitudinis enim avertit decorum: non enim exprimuntur. Tertius vero modus fortitudinis est fortitudo pportionata furori. putatur enim qz qui facit aliquid ppter ire exuberantiam fortis existit in hoc: et ista est fortitudo que ferit attrahitur: que insulitz faciunt in prouocantes eas: et istud etiam putatur: eo q fortis fm veritatem irascitur in hora qua exercet fortitudinem: intēdo qz putatur propter istud conuersum. s. qz iratus sit fortis: et est quidem fortis iratus: eo q inevitabile est: quin prouocetur in hora agonis et pfectus ira ipsius: quemadmodum dicit Homerus describens fortē: descripsit ergo eum per hoc qz iratus et qz impugnans eum excitabat in eovim iracundie: et qz ebulliebat sanguis eius: oēs ergo res iste: intēdo qz accidit in hora significant sup incitationes ire et in punctionem: verutē fortis agit hoc qd agit pp decorē: et ira promovet eius actionē. Fere autem agit pp illatā molestiā: intēdo pp verbera aut metum: nā si essent in latebris suis aut speluncis non proslirent: non est igitur

## Liber Tertius

fortitudo cū fuerit instigatio ad actiones dolor et iracundia absq; aliqua  
preiunctione periculorū. Et si nō esset hoc qd accidit in eis hora famis sue sci-  
licet qd nō dimittit predā: qd quis peccat: hñ se ad similitudinē virorum  
fortitudinis. Quartus vero modus est fortitudo cōcupiscentiæ: amato-  
res enim audacter aggrediuntur terribilis cōcupiscentie: et verissimilis  
est vt sit ex parte nature cōcupiscentialis qd vt sit ex parte iracudie. Se qd  
ad eam reiata fuerit eligētia et consultatio rei: cuius gratia fit conuertetur  
in fortitudinem: et holes qn irascuntur anxietatem sustinet: cū vero vltionez  
adipiscuntur delectatur: qui itaqz horū grā bellicositatis erit: nequaq; sunt  
fortes: nō enim qd agit agunt pp decoris: neqz sūm qd dictat descriptio pp  
accidentis aliquid: verū tamē hñ aliquid simile ei qd hñ fortis: et propter illud  
fortes nominantur. Quintus aut̄ modus est qui fit pp frequētem vi-  
ctoriæ inimicorū: intēdo ppter assuetudinem: et hec etiā nō est fortitudo illi-  
n. qui multā de scipis hñ cōfidentiæ ppter cōsuetudinem non sunt for-  
tes: nō sunt audacter habentes in grauioribus: nisi quia sepe vicerunt gē-  
tes multas. Similantur autem fortibus in eo qd vterqz audent. attamē for-  
tes audent propter ea quorum precessit memoratio: illi vero propter cre-  
ditionē suam qd valentiores sint eis qd cōtra agunt: et qd nō recipiēt ab eis no-  
cumentum: et simile huic facto agunt inebriati propter illud ad qd de-  
nit in hora ebrietatis ex confidentia de scipis: quando vero non ene-  
nit eis res sūm qd putabant fugiunt: perseverantes autem agere in rebus ti-  
more incutientibus homībus: et de quibus apparet qd sint tales de natura  
fortis est: et facit quidem fortis hoc eo qd videt qd factum decorum est: et qd  
desistere ab eo turpe. Et propter hoc putatur de fortis: quoniam est intimi-  
nosus subito irruentibus: et ex improviso intimidus et intrepidus: quinim  
mo fortior existit in his qd in paulatinis et apparentibus ipsi anteqz inde-  
dati in ea: et hoc: qm ille timor accidens fortis est quidem magis et minus ex  
parte dispositionis: intēdo illaz que est actu non ex parte aptitudinis.

In rebus autē manifestis atqz apparentibus anteqz cadatur in eas co-  
gitat homo et discernit eas et eligit: res autem subitanæas sūm qd titatorem ha-  
bitus id est actu existentis: nam non est in his possibilis consillatio: et iam  
putatur de ignorantia rem: quoniam fortis: sed non est longe a bene confi-  
dente: attamen vilior eo existit: ideo qd confidentia illi est radix subiecta cui  
innixus operatur: illi vero nihil tale existit: et propterea non perseverat  
aliquo tempore: intēdo propter ignorantiam eius: et confidentis quidem  
tollitur fiducia. Dicit. Illi autem qui profiliunt ad bellandum per mos-  
cum astutie contra aliquam gentem appropriatam percipientes quidem  
aut eximētes: qm quibus bellantur ali sunt ab his quibus bellari inten-  
debant fugiunt: quemadmodū fecerunt greci percipientes adesse in bello  
lakones cū ipsi exiūsset contra chironios dimicanti. Cap. 11.

A  
Difficili-  
ē dolores  
ppeti qd a  
voluptati  
bus absti-  
nere.



Viamuis autem circa terribilia et audenda fortitudo  
sit: non tamen pariter in vtroqz versatur: sed magis  
circa illa que nos terrent. Qui enim circa illa imper-  
territus est: atqz ita vt oportet in illis se habet: magis  
est fortis qd qd circa audēdū. Toleratione enim gra-  
uiu et asperarū resū fortis dicunt: itaqz graue qd dā et asperū fortis  
tudo est: ac merito laudat. Difficili. n. ē dolores ppeti qd a volu-  
ptatisbus abstinerere. Aut̄ finis in fortitudine dulcis esse vñ: s̄z a re-  
bus circūstātibus obscurari qd et in gymnicis certaminibus eue-  
nit. Nam

nit. Nam pugilibus fints ipse dulcis est: cuius gratia corone honoris existunt. Plagis vero percuti si modo illi e carne sunt dolorosa: sane atque molesta: et omnino laboriosa res est. Unde hec multa sint: et illud cuius gratia fiunt: paruum nihil dulce continent videtur. Tale igitur quiddam accidit circa fortitudinem. Mors ac vulnera fortis viro dolorosa sunt eaque nollet: perfert tamen: quoniam decorum est illa perferre vel turpe non perferre: et quanto magis omni virtute pollet: quantoque felicior est: tanto magis illi molestia est mors. Nam huiusmodi vir maxime dignus est vita et maximis bonis priuatur ipsum sciens. Que quidem dolosa res certe est. At nihilominus fortis et eo fortasse magis quod de his et gloriam belli anteponit illis: nec sane in omnibus virtutibus cum delectatione operari licet nisi quatenus finem attingunt milites nihil vetant etiam si tales non sint tamen optimos esse parati siquidem ad pericula pro vili mercede vitam abiiciunt. De fortitudine igitur hactenus dirisse sufficiat. Quid vero illa sit nequaquam difficile fuerit ex his que dicta sunt recolligere.

**C**undecimum capitulum q̄ vera fortitudo magis est circa terribilia auxilia: et q̄ nulla vel pauca delectabilia h̄z preter finē. unde magis lansdabilis. Quodq̄ ipso quis virtuosior et felicior: tanto in eius morte tristitia maior. Et de fortitudine militum stipendiariorum. **Dixit.**

**A**m itaque determinauimus fortis secundum veritatem et eos de quibus putatur: quā fortis q̄ homines sunt: et fortitudo quidem inuenit in rebus timorosis: et in rebus pertinentibus audacie: sed non s̄m similitudinem vnam: unum dignū est ut sit vigorosior in timorosis. Qui enim intrepidus persistit in his rebus s̄m dispositionē quam oportet amplioris est fortitudinis: eo q̄ suffert ea que pertinet audacie. **C**D. Res igit̄ ut diximus: quā suffert tristia: iō sit fortitudo contristans: et dignum quidem ut laudetur amplius q̄ temperantia. Suffert etenim tristia difficultas est q̄ a delectantibus se cohibere. **C**D. Attamen finis intentus per fortitudinem delectabilis quidem videtur nisi q̄ occulatur eius delectatio per tristia circundantia ipsum. ut contingit in agonis et conflictibus: quorum finis quidem delectans: puta premia et honores: exceptio vero verberum dolorosa cum carnes attingat: et similiter omnis dolor sciens et multiplicatione verberum et res cā cuius incumbunt tristia ad hoc deuenit: ut non appareat in ea delectatio et si sit in ea. si igit̄ sic se habeat in fortitudine sunt mors et vulnera: fortis quidem tristia et inspontanea: tolerat autem ea: aut quia pulchritudine: aut quia non tolerare turpe: et ipso fuerit virtutis perfectioris et amplioris felicitatis: tanto p̄ de morte tristabitur: qui enim in hoc statu fuerit magnissimus est vita: et hoc quoniam priuatur bonis magnis valde: et hoc est sciens ipse: hic autem ista res contristans. veritatem non contristat ex hoc p̄ defectum quem habeat fortitudinis. Fortassis autem p̄ electio eius rei decoro quam incuratur in bellis amplior est illis rebus quibus priuatur per morem: et per hanc causam deuenit ad hoc res decora: ut delectet intellectū in omnibus virtutibus: veritatem hoc p̄ proprie sic sit finē intentum aduertēdo. **C**Dixit. Fortassis autem non est quid phibeat qui in strenuitate militari iuenerit.

**C**ōmē. Aver. sup lib. Ethicop.

F

# Liber Tertius

qui nō est in hac habitudine fortitudinis: immo minorat<sup>r</sup> ab ea: r est illē cui nō est aliqd aliud laudabile cui<sup>r</sup> timeat amissionē p mortē talis igitur paratus est vehementib<sup>r</sup> periculis: r seipsum lucris modicis exponit. **D**icit. hoc est igitur qd oportuit dicere de fortitudinem nec erit nobis difficile scire ex eo p qd determinauim<sup>r</sup> eam sū viam descrip̄tiōis qd ē.

## Capitulum duodecimum.



**O**n hanc de temperantia dicamus: videntur enim he virtutes irrationabilium esse partium. Quod igitur temperantia circa voluptates mediocritas est: supra diximus. Hinc enim et nequacq<sup>r</sup> similiter circa dolores. In his autem r intemperātia esse videtur: sed circa quas voluptates sit: nunc de terminemus. Distinguende sunt voluptates animalium corporis: ceu auditas honoris et auditas discipline. Ut enim istorum eo gaudet cuius audius nihil patiente corpore: sed magis intellectu. Sed in huiusmodi voluptatibus neq<sup>r</sup> temperantes neq<sup>r</sup> intemperantes dicuntur: eodemq<sup>r</sup> modo in ceteris voluptatibus que corpore non sunt. Qui enim fabulis rationibus delectantur: et circa singula dies consumunt: verbos quidem r non intemperatos appellamus: nec eos etiam qui gratia pecuniarum aut amicorum dolorem suscipiunt. At circa corporis voluptates temperantia existit: nec eas tamen omnes. Nam qui visu delectantur veluti colore: forma: pictura: neq<sup>r</sup> temperantes neq<sup>r</sup> intemperantes esse dicuntur: qd fieri potest: ut hi et quantum debent r plus r minus delectantur. Eodem modo et in auditu. Qui enim vehementius gaudet causatu aut punctione eos nemo intemperantes vocat nec eos qui oportet gaudent temperantes: neq<sup>r</sup> circa odoratum nisi per accidens. nam qui pomorum aut rosarum aut vaporum odoratibus gaudent eos non dicimus intemperantes: sed illes magis qui vnguento rum aut epularum: quantam per illos memoria subit earum rerum quas ipsi concupiscunt: videlicet: quosdam cum esuriunt odore epularum gaudentes. His autem gaudere intemperatis est: nam illorum sunt huiusmodi cupiditates: nec sit alijs animatibus per hosce sensus voluptas illa nisi per accidens. non enī odore leporum canes gaudent: sed esu. Odor tamen vt sentiantur. **D**icit. Nec leo voce bontis: sed laniatu: quod cum propinquus est per vocem sentit: atq<sup>r</sup> eo gaudere videtur. Circa huiusmodi voluptates temperantia et intemperantia consistit: que alijs animalibus communes sunt. Ex quo sit vt seruiles bestialesq<sup>r</sup> videtur: sunt autem he tactus et gustus: sed gustu quidem parum aut nihil vti videntur. Et enim iudicium eius in labiis vel in saporiibus: quod faciunt qui vina probant: aut epulas preparant: nec multum his gaudent: vel saltē non intemperantes quidez sed vescenda gaudent. Quod totum fit per tactum in cibis r po-

**D**icit. Nec leo voce bontis: sed laniatu: quod cum propinquus est per vocem sentit: atq<sup>r</sup> eo gaudere videtur. Circa huiusmodi voluptates temperantia et intemperantia consistit: que alijs animalibus communes sunt. Ex quo sit vt seruiles bestialesq<sup>r</sup> videtur: sunt autem he tactus et gustus: sed gustu quidem parum aut nihil vti videntur. Et enim iudicium eius in labiis vel in saporiibus: quod faciunt qui vina probant: aut epulas preparant: nec multum his gaudent: vel saltē non intemperantes quidez sed vescenda gaudent. Quod totum fit per tactum in cibis r po-

tibus et venereis. Itaq; precatus est quidam gulosus longius sibi guttur quam ciconie fieri: quod videlicet tactu gaudebat. Sensuum igitur communissimus est is per quem intemperatia fit. Atq; ob id merito visuperatur: quod non qua homines sumus sed qua animalia existit. Talibus ergo gaudere atq; deditum esse bestiale esse. Eniuero liberalissime omnium voluptatis: que per tactum proueniunt ercipiantur. Veluti que in gymnasij per laborem ac sudorem fiunt. Nec enim in toto corpore est intemperantia tactus sed in partibus quibusdam.

Duodecimum capitulum in quo assignata ratione ordinis et recepto fortitudo est medietas et magis circa delectationes quam tristitia: ostendit quod non est circa animales id est eas que anime: sed circa corporales non tamen circa omnes corporales: quia non circa delectationes que per visum aut auditum aut olfatum: sed circa ea in quibus communicamus cum irrationabilibus. I.eas que per gustum et tactum: deindeque per gustum non fruiuntur delectatione nisi in quantum participat tactu: et sic ipsa delectatio circa quam est temperantia tota reducitur ad tactum: propter quod inter perant bestiales et serviles. Dicit.

 **T**NOS quidem determinabimus post hoc de re temporante. Videntur etenim ambe he virtutes esse quidem partibus anime irrationabilibus. Et iam diximus quoniam castitas medium existit delectationum: et iam invenitur intristitia etiam sed minus quam in delectationibus et dissimiliter: et incastitas ei opposita circa easdem res inuenitur: circa quas castitas: nos autem determinabimus hic delectationes in quibus inuenitur: et que delectationes sunt. Dicimus ergo quoniam virtutum que inueniuntur in declaratione: quedam sunt corporales et quedam animales: et animales quidem ut appetitus honoris et appetitus scientie: de utrisque enim horum quando receperit homo hoc quod amat gaudet preferente patiatur aliqua pars corporis: sed quod patiatur ex eo intellectus est. neque de affectis his delectationibus dicit: quoniam casti neque in casti: et similiter non dicitur de affectis reliquis delectationibus que non sunt corporales: et hoc quoniam eos qui amat historias et fabulas: et eos qui finiunt dies suos in loquendo de quaevque re, contingat nominamus quidem exercitatores intemperatos: eos autem non: neque etiam nominamus sic eos qui gaudent pecunia et amicis: et tristatur eorum missione: quando sic sit: tunc incastitas est quidem in delectatione corporali: non in hac omni: nam eos qui gaudent de eo quod apprehendit visus et coloribus et figuris non nominamus castos neque incastos: et si putetur de istis: quoniam gaudent in his rebus quio oportet: et amplius quam oportet et minus quam oportet: simili se habet in eo quod apprehendit auditus: nemo enim incastus nominat eos qui superflue gaudent consonatiis et representatiis: neque castos eos qui quio oportet: neque eos qui gaudent: eo quod apprehendit odoratus nisi forte nomine eos sic per accidens. Etenim eos qui gaudent pomorum odoribus et roscarum et incensi non nominamus incastos: sed eos qui coquine et pigmentorum et pulmentorum: nam gaudet his incastus: et faciunt eum rememorari desideriorum suorum: videlicus autem quosdam alios qui esuriunt gaudere odoribus cibariorum: quod quidem incasti est: et ad hoc sunt eius desideria: neque etiam inuenis

# Liber Tertius

cur delectatio ceteris aīalib⁹ gressilibus in his trib⁹ sensibus nisi fuerit p  
acc̄ns: canes em̄ nō gaudet odorib⁹ lep̄ op̄: sed comestione, ⁊ odor ducit  
ad sentiēdū ipsos: n̄z et leo gaudet voce bouis: sed comestio ei⁹: p̄ vocem  
n̄t ei⁹ sentit: qm̄ est pp̄iniqu⁹ ei⁹: ppter hoc videm⁹ ei⁹ gaudent ad voz  
ei⁹. Si t̄ nō gaudet qm̄ viderit: aut inuenit cerū vel hircū silvestrem:  
imo gaudet eo q̄ inuenit quo pascat. Castitas ⁊ incastitas nō inueniunt  
nisi in hm̄oi delectatiōibus in quib⁹ participat hō reliquis aīalib⁹: ⁊ pp̄  
hoc fit⁹ sensus qui eas apprehendit proportionē ceruis ⁊ feris: ⁊ sunt sen⁹  
et tact⁹ ⁊ gustus: ⁊ patens est de eis in re gustus: q̄ ipsi aut pax sunt yten  
tes eo: aut nō vtūtūr eo penitus: ⁊ hoc qm̄ discretio saporū est quidē per  
sensum gustus qm̄ faciū illi q̄ pot⁹ pbāt: ⁊ fercula coquine sapida red  
dit suis p̄dimētis. Dicit. Incas⁹ aut fere nō gaudet reb⁹ istis metis:⁹  
sed gaudet quidem eo q̄ apprehendit tactum tantum ex cibis ⁊ potibus  
et coitu: ⁊ propter hoc optabat vñus ex ip̄sis cum esset amator ferculorum  
coquinalium vt essent fauces eius longitudine fauciū gruis vt prolonga  
retur delectatio in tactu cibaliū. Communior igitur sensuū intendo inuen  
tum in oībus animalibus est sensus ille penes quem sit incastitas. Et iu  
stum est nos opinari a nobis, quoniam sensus ille opprobriosus ē nobis:  
cum non sit nobis sūm q̄ nos sumus homines: sed sūm q̄ nos sum⁹ aīalia.  
Declinare igitur ad hec sensibilia ⁊ vehementer diligere ea equidez de  
natura serarum. Dixit. Oportet aut ut separem⁹ ab his delectationib⁹  
tactualibus in quibus inuenit castitas ⁊ incastitas: eas que maxime co  
veniunt liberalib⁹: ⁊ sunt ille q̄ sūt i exercitatiō ex fricatiō ⁊ calcificatiō:  
hoc qm̄ tact⁹ ille sit p̄ totū corp⁹: tact⁹ vero p̄ quē delectat incastus nō sit  
in toto corpore suo: sed sit equidem in quibusdam mēbroz suoz.

## Capitulum decimumtertium.



Upditatem aut alie cōmunes esse videntur: alle  
propre: atq̄ apposite veluti cibi que naturalis ē.  
Omnes enim cupiunt quando indigentia adest  
siccum aut humidum nutrimentum. Quandoq̄  
vero vtrumq̄ ⁊ lectum. Homerus inquit iuuent  
et florens: hm̄oi autem vel illiusmodi non aplius  
omnis nec eadem: quocirca videntur nostrum esse:  
habent tamen aliquid naturale: altos enim alia delectant ⁊ quel  
dam quibusdam magis placent. In naturalibus ergo cupidita  
tibus pauci delinquunt et in uno ad plus. Comedere enim ⁊ bi  
bere quecumq̄ quo ad superfluo impletatur excessus est natura  
lis cupiditatis secundum multitudinem. Repletio enim indigen  
tis quasi ultra debitum implentes illum. Sunt autem hi nimis  
seruiles: circa proprias autem voluptates multi multiphartam  
delinquunt. Talium autem amatores dicuntur: aut quia gau  
dent quibus non debent: aut magis quam debent: vel quā ple  
riq̄: vel non vt debent. In cunctis autem intemperantes exerce  
dunt: nam et gaudent quibus non debent odio dignis: et si in  
quibusdam gaudere oportet magis gaudent quam liceat: ⁊ quā  
pleriq̄ gaudeant. Excessus igitur circa voluptates quod intem

perantia et vituperabilis est: constat.

**T**ertium decimum capitulum in quo diuidens concupiscentias in cōes 13  
seu naturales et proprias seu oppositas que neq; ex malis sunt cōsuetudi  
nibus: et scilicet in animi opinione ostendit circa communes minus peccari:  
et in unam partem solum in plus: circa proprias autem multipliciter pec  
cari et intemperatum esse. *Dixit.*

**V**erum autem ex concupiscentiis aliquid commune eē om  
nibus animalibus: et aliquid proprium ut concipi  
scientia cibis: et naturalis est et communis: omnis namq; cui  
corpus indigens est cibo desiderat cibum humanū aut sic  
cum: et fortuitu vtrumq; simul et adulescens et perfectus de  
siderat cum eis coitum. desiderium aut huius cibivel illius  
vel unius eiusdem cibi: non est omnis cuius corpus indiget nutrimento.  
Et propter hoc contingit vt sit desiderium istarum rerum ex parte nostri  
i. per electionem nostram: et tamen non est quidem totum ex parte nostri:  
ver in hoc aliquid nāle: et hoc est qm̄ hoies diversificantur in eis: eo quod  
delectat eos naturaliter. Quendam ergo delectat aliquid et alium aliud  
ab hoc: et quedam delectat quosdam plus quam alios. **C**o. pauci vero  
sunt qui peccant in vendo desideriis naturalibus: qm̄ vero accidit in his  
peccatum plurimum illius sit in re una. s. in pluri. Qui enim comedit et bi  
bit hoc quod contingit eum desiderare nāliter: donec superfluat in reples  
tione ex ipso: pertransit quidem rem naturalem in multitudine. desideriū  
vero naturale nō est nisi ad replendū qd̄ diversificauit defectio et non exce  
dit ipsam vscq; ad additionē. Et p̄ hoc dicit de eis qui excedūt in hoc vscq;  
ad additionē qd̄ sunt dñi ventrū siue ventricule: eo qd̄ implent vētres suos  
amplius qd̄ indigeant: et in hac dispositione inueniuntur serui. In delecta  
tionibus autem propriis mīlti ex hominibus peccat multis modis: et hoc  
quoniam multi amatores huiusmodi rerū peccant in eis: aut qd̄ delectan  
tur aliquo quo non op̄z delectari: aut quia vntuntur eo amplius qd̄ op̄z: aut  
quia vntuntur per modum quo cōmunitas hominiū vntitur his rebus: aut  
fin qd̄ nō op̄z. Jam ergo p̄t: qm̄ incasitas superfluitas est in delectationis  
bus et qm̄ vituperabilis.

Cap. 14.

**I**nca dolores autem non ita vt in fortitudine ppter to  
lerantiam dicitur temperans et intemperans: qd̄ non to  
lerer: intemperans dicitur: quia nisi voluptate potiatur  
magis dolet quam oportet: dolorem vero sibi assert vo  
luptas. Temperans autem quod absentia voluptatum non do  
let: et quod presentibus abstinet. Intemperans tg: tur concupiscit  
voluptaria omnia: vel que maxime et ipellit cupiditate ad hec  
alijs preferenda. Quapropter et non adipiscens et concupiscens  
dolet. Cum dolore enim cupiditas est. Videlicet autem absurdus  
proper voluptatem dolere. Deficientes autem voluptatibus **v**  
aut minus gaudentes quam oportet vix reperiuntur. Non enim **Si ē alijs**  
est humana huiusmodi insensibilitas: etenim cetera a iusta distin **que nihil**  
guunt cibos et his gaudent: alijs vero non gaudent. Quod si ē nec qd̄  
alijs quem nihil delectet: nec quicq; alijs preponat: longe hic **alijs p̄ op̄o**  
ab homine est: nec nomen sortitus est: quia non facile reperitur. **nat: lōge**  
Temperrans autem mediocriter circa ista se habet. Necq; em̄ gau  
**h ab hoc**  
est.

F 3

# Liber Tertius

det his: quibus maxime intemperantes: sed magis moleste fert  
neq; omnino quibus nō oportet: nec nimium talit aliquo delecta-  
tur: nec si absit dolet: neq; cupit nisi mediocriter: et vt oportet  
Idem facit in ceteris voluptatibus que ictis non aduersantur: nec  
sunt contra honestatem: aut supra facultates. Nam qui ita se ha-  
bet plus q̄ dignuz sit voluptatem amplectitur. Sed temperans  
nequaq; talis est: sed qualem dictat recta ratio.

**Quartūdecimum capitulū** q̄ tēperātia et intemperātia sunt etiam circa  
tristitia: et quomodo aliter q̄ fortitudo et timiditas: et q̄ intemperatus sem-  
per est in tristitia: qz tristatur et non adipiscens et concupiscens: qdq; pauci  
sunt qui deficiunt circa delectationes: et hi sunt innominati: qdq; tempera-  
tus medie circa hoc se habet: et sūm rectam rōnem. D.



**A** tristitia autem nō dicitur aliquis incastus: quia tol-  
erat ea et suffert sicut dicitur in eis fortis:  
neq; dicitur incastus quando non toleravit eas: verūtamen  
iam nō nominatur etiā castus eo q̄ nō tristetur ppter caren-  
tiā desiderati: incastus ergo cōcupiscit omnia delectabilia  
et ex delectabilibus delectabiliora et peruenit ex prosecutione  
concupiscētie ad hoc ut semper cuncta eligat delectabilia: ideo q̄ angustia  
cum nō acceperit ea desiderans ens: et hoc quoniam desiderium tristis-  
tia sequitur ppter priuationem rei delectantis. Attamen inconueniens ei  
detur propter causaz delectabilis contristari. **Dicitur.** Et ferenō est inueni  
re hominem deficiente ab omnibus delectationibus. intēdo vel gaudeat  
eis minus q̄ oportet eo q̄ hec maneres insensibilitatis non est de natura  
hominum: et hoc qm̄ cetera animalium discernit species nutrimentorum et  
quibusdam eorum delectantur: quibusdam vero nō. Ut ergo inueniatur  
aliquis cui nihil sit delectabile longe est abesse hominis: et ppter paucitatem  
inventionis eius nō est positum ei nomē castus: itaq; medius est in ictis:  
nō enī delectatur quibus delectatur incastus proprio: qm̄ immo molesta-  
tur et nō delectatur penitus quo nō oportet delectari: neq; vehemens sit de-  
siderium eius ad aliquid ex ictis: et nō angustiatur quādo tollunt delecta-  
bilis: et nō cōcupiscit nisi sūm quātitatem moderate: neq; amplius q̄ opor-  
tet: neq; in hora qua nō oportet: neq; quod nō opz: et vlt̄ nō desiderat aliis  
quid immēsurate. Res vero sanitati pertinet et equalitati habitudinis: et  
cum hoc habentes delectationem desiderat in quātitate mensurata et quo-  
modo oportet: reliquas vero delectationes dimittit: aut ideo q̄ recedentes  
sunt a bono: aut q̄ impedimentum prestes subtilitie nostrae in complemen-  
to: et hoc quoniam qui festinat ad ictas delectationes amat delectationes am-  
plius q̄ mereatur: sed castus nō sic: immo desiderat sūm imperium discrecio-  
**Cap. 15.**



Intemperantia magis voluntaria videtur q̄ timiditas  
iam hec per voluptatem fit: illa per dolorem. Quowz  
alteruz sequimur ab altero abhorremus: et dolor quidē  
distrahit atq; corrumpt naturam habentis: voluptas  
autem nihil tale facit: sed quo magis voluntaria eo meior virtus  
operatione digna. Nam assuecere aduersus illa facile est: multa ve-  
ro in vita sunt talia: et assuefactio sine periculo fit. In timoribus  
autem contra. Videlicet autem timiditas esse voluntaria: nec per-

**3**  
Dolor di-  
strahit et  
corrūpit  
nāz hñt,

Inde ut ea que sunt in singulis. Ille enim sine dolore est. Illa vero per dolorem ita distrahit: ut et arma abiscere et in aliis contra de-  
cuss facere compellant. Ex quo fit ut violentia esse videantur. In temperantia vero contra: nam singularia illi voluntaria sunt cu-  
pienti et affectandi. Ita autem minus. Nemo enim cupit intempe-  
ratus esse. Nomen autem intemperantie ad puerilia delicta refe-  
rimus. Habent enim cum illis similitudinem quandam: utrum ve-  
ro ab utro dicatur nulla quantum ad prius dicitur. Constat vero  
posteriorius a priore dici: nec absurde videtur translatum: nam ca-  
stigandi sunt qui turpia concupiscentia atque luxuriant. Tali est au-  
tem maxime libido et puer. Aliunt enim pueri sibi concupiscentias  
plurimaeque est in illis voluptatum cupido. Si igitur non obtem-  
perat ac dominari sibi patiatur: longius abibit: quoniam voluptatum  
appetitus insatiabilis est: stultos rendit affluunt: et executio li-  
bidinis innatam cupiditatem exauget. Quinetiam si magne et  
vehementes sint mentem et suo statu dimouent. Quamobrem me-  
diocres illas quidem rarasque esse oportet: tales denique ratione  
ni non aduersantur. Tale quid temperatum castigatumque vo-  
camus: ut enim puerum oportet sibi pedagogi precepta viuere.  
Ita cupiditas debet obedire rationi. Quare oportet ut tempera-  
tus a ratione non discrepet: honestum est enim ad quod veterum  
tanquam ad singulum prospicit. Temperatus que debet: et ut debet  
et quando debet concupiscentia sicut dictat ratio. Ille de temperan-  
tia dicta sufficient. De liberalitate deinceps discamus.

Quintus decimus capitulo de intemperantia magis est voluntaria timiditas: 15  
ter erprobabilior: et quod non sibi sunt voluntarie et fugibles habitu respectu  
ad singularia: quod singularia timiditas tristitia et quasi violentia: intemperan-  
tia vero non tristitia: sed voluntaria: et quasi assimilantur concupiscentia in-  
temperans et puer: ratio diligens et pedagogus. Dixit.

**I**n castitas autem similior est ei quod sit sponte quam timidas: p-  
terea quod in castitas sit delectationis causa: timi-  
ditas autem et tristitia et delectatio est quod appetitur: tristitia vero sola  
quo fugitur: eo quod tristitia primitur et corruptit naturam haben-  
tis ipsam. sed delectatio non facit quoniam non recipitur. Dignior er-  
go est ut fiat sponte: intendendo quoniam actus in castitatis sibi delectatione dignior  
est ut fiat sponte quam actus timiditatis sibi timorem. Et propter hoc magis  
sequitur opprobrium ex parte eiusquam sequatur illud quod sit ex parte tristitiae  
et hoc quoniam declinatio nostra ad declinationes facilis est: cum in mun-  
do multa sint delectabilia: neque assuefactio eorum ullam habet difficultatem. In timorosis vero se habet econuerso: intendendo quod tolerare ea difficile  
est. Q.D. Et a timideitate quidem non videtur fugi: queadmodum fugitur  
a rebus particularibus timorosis: ideo quod in timiditate non est tristitia:  
res autem timorose cogunt eum: cui accidunt ad actiones turpes: ita quod ad ar-  
morum refectiones et ad committenduz cetera turpia: propter hoc igitur  
videtur de eo quod facit homo apud istas dispenses quod facit ipsum inspon-  
taneum: quod autem accidit propter in castitatem est econuerso: intendendo quod pri-

# Liber Quartus

cularia reris delectabilium que concupiscit: sicut ab eo sponte: eo q̄ concupiscit et desiderat ea: vlt̄iter autem eoz minus est in eis in hoc: hoc qm̄ nullus inuenitur qui desideret esse castus. **Dixit.** Et nos quidem in idioma re nostro absolute dicimus nomine incastitatis de peccato qd̄ sit a pueris: eo q̄ similitudo quedam est inter istas duas intentiones: intendo intentionē incastitatis sicut veritatem: et hanc intentionē que ipsius inuenitur. Certificare aut̄ qd̄ eoz ab altero denominatum aut transumptrum sit non indigamus in hoc loco. Vult ideo q̄ est inquisitio idiomatis. **D.** Nisi q̄ manifesterum est q̄ nomen postremum in positione accommodatum est a primo. **Dixit.** Videlicet itaq; non malum: immo bonum esse vt transmutetur ab isto. Etenim op̄z recondi et frenari turpia cupientem et desiderantem et in hoc excedentem: taliter autem se hz desiderium et pueritia et hoc qm̄ pueri quidem viuunt per desiderium propriæ. etenim concupiscentia sine cupiditas si deside delectabilis in ipsis sit proprie. Si igitur puer non fuerit obsequendo māsi rū fuerit dato. educantis ipsum superfluet in perseguendo qd̄ delectat: et hoc qm̄ p̄ magnum nitus insatiabilis est ei qui intellectum non habet concupiscentiam rei dele vehemens et stabilis: et actus desiderij suum simile augmentat: et si fuerit desideriū magnum vehemens peruerterationem: propter hoc igitur op̄z vt sit sicut mensuram et vt sit paucum et non contrariana discretioni: qui aut̄ talis fuerit non minatur obediens disciplinabili: et quemadmodum aut̄ op̄z vt sit desideriū pueri prout yisum fuerit doctori: sic op̄z vt pars concupisibilis sit put imperavit ratio: deoq; op̄z in casto: vt pars concupisibilis concordias sit rationi: ita. vñ: vt ambo bonū velint: et intendant. Castus igitur desiderat qd̄ op̄z desiderari: et qualiter op̄z: et qn̄ op̄z: et sicut etiā ordinat rō res istas. **D.** hoc itaq; est qd̄ oportebat nos dicere de castitate.

Arist. Stragy. Ethicoꝝ Liber Quartus.

Lap. i.



M  
Quibus  
auaritiae  
qbd; pdi;  
galitas at  
tribuat.

Videlicet esse mediocritas circa pecunias. Iudicat enim liberalis non in rebus bellicis: neq; in his in quibus temperas: nec rursus in iudiciis sed in dandis: caplendisq; pecuniis. Pecunias vero appellamus omnia quoꝝ estimatio mensuratur nūmo. Sunt quoꝝ prodigalitas et auaritia circa pecunias et excessus et defectus. Sed incontinentes sunt: et per luxuriam patrimonia profigat prodigos vocamus: quapropter flagitiosissimi esse videtur: qm̄ multa virtutia simul habent non tamen proprie sic nuncupantur. Nam prodigalitatis nomen vnius virtutis esse conuenit qd̄ patrimoniuꝝ consumat: est enim prodigus qui seipſuꝝ perdit. Videlicet enim seipſuꝝ perdere qui patrimoniuꝝ dissipat: ex quo vitam ducere debet. In Reb⁹ qbd; hunc itaq; modū prodigalitatem accipimus. Rebus aut̄ quibus vtimur: et vt bene et male vti possumus. Utimur vero diuitiis: singulis et rebus bene vtitur is qui circa eas virtutem habet. Quale vti posse et diuitiis optime vtitur qui circa pecunias virtutem habet: hic sumus. est aut̄ liberalis: yisus vero pecuniarum: dando erogando consi-

UVA. BHSC. IyR\_118\_2

stere vñ: nam capere atq; seruare magis possessio est: ex quo fit vt  
viri liberalis sit magis dare quibus opz q̄ capere vnde opz: t nō  
capere vnde non oportet. Virtutis est em̄ bene potius facere q̄  
suscipere: t honesta potius agere q̄ a turpisbus abstinere. Dat poti⁹ face  
aut q̄ dādo sequitur vt bene faciamus t honeste agamus: capti⁹ re q̄ susci-  
do aut vt bene suscipiamus: aut non turpiter agamus: t gratia pere: tho  
quidem dantis est: repudiantis vero non: sed magis laus. Fac-  
ilius est quoq; non accipere q̄ dare. Sua em̄ quis difficilius ma-  
gis tradit q̄ aliena non accipit. Liberales dicūtur qui dant. At  
hi qui non capiunt de liberalitate nequaq; laudatur: sed magis  
de iustitia. Qui vero capiunt non laudantur multum: liberales  
maxime fere omnium virtuosorum donantur. Prosunt enim in  
dando.

## Tractatus quartus libri Nichomachie Arist. de largitate.

C̄primum capitulum q̄ libertas est medietas circa pecunias: q̄ circa da-  
tionem earum t sumptuē liberalius laudatur quicq; pecunia: t q̄ pdi-  
galitas t illiberalitas sunt superabundantie t defectus circa eas: t quid il-  
liberalitas t qd pdigalitas tam cōmuniter q̄ pprie dicta: t quis pprie pdi-  
gus t quis liberalis: t q̄ magis est liberalitas in datione q̄ sumptuē:  
t gratiosior t laudabilior: t q̄ liberales amantur maxime. *Dixit.*

**O**st hoc aut dicendum de largitate quid est. Ut itaq;  
medietas esse circa pecunias. non em̄ laudat  
largitas circa bellica neq; circa eam quib⁹ fit homo tempe-  
ratus vel castus: neq; circa iudicia: sed circa dationem t ac-  
ceptionem pecuniariū. Digni⁹ aut eslt sit circa dationē: t in-  
telligo per pecunias omne illud qd equipollet numismati  
t prodigalitas: quidem superfuit: avaritia vero deficit a me-  
diata hæc. Et nos quidem referimus avaritiam ad eos: qui plus debito  
amant t laborant ad pecuniariū coaceruunt. pdigalitez vero ad im-  
mensos concupiscentijs t expendentibus qdqd hñt in voluntatibus. hñm̄  
em̄ minantur prodigi: ideo deterioris videntur alijs ab eis. plura em̄ mala  
simil inueniuntur in his pp multiples manieres suarum concupis-  
titiarum: t propter eas non bene conuenit eis illud nomen. De nā namq; est  
prodigi vt sit in eo malum vnum: t est dissipatio vel perditio pecunie sue:  
t hoc qm̄ prodigus mactat seipsum manu sua: eo q̄ putatur q̄ destructio  
pecunie hois vt sit mors ipsius: cum vita eius per pecuniam compleatur:  
fm̄ igitur hunc modum est prodigalitas. *Dixit.* Et ea quibus indigetur  
sunt que expenduntur vsu bono: t que vsu prauo: t diuitie sunt de reb⁹ vti-  
litatem afferentibus: t directus ille s. qui virtutem h̄z in unaquaq; resuvi-  
tur unaquaq; rerū meliori modo: t virtuose se hñs circa pecunias vritur  
eis optime: t hic est largus. *Dixit.* Est aut scitum q̄ vsus pecunie est ex-  
pensio eius t datio: aggregatio vero eius t cōseruatio lucratio ipsi⁹ est. Est  
ergo de natura largi potius vt det ybi oportet q̄ vt accipiat: vnde opz: vt  
non accipiat: vnde non opz. De natura etenim virtutis est vt sit homo per  
eam conferens potius beneficia alteri q̄ ab altero ea recipiat: t vt sit per  
eam operas honestū potius q̄ a turpi declinans. *Dixit.* Et de non occul-  
tis est: qm̄ beneficium t famosuz vel notorū donum inueniunt in datione

# Liber Quartus

et qm̄ receptio beneficij ab altero a se: et vt non faciat turpe inueniuntur in  
acceptione et retributione et gratie debentur quidem datori: non ei qui acci-  
pit: et grates etiam et cohibitio ab acceptione facilior est q̄datio: eo q̄ dare  
habita grauius est q̄d dirimere acceptione eius qd̄ non habet. Largi aut̄  
sunt illi qui dant: sed qui accipiunt non laudantur: qm̄ largi: verutame q̄s  
equaliter se habent in acceptione non minus sunt in ysu equalitatis q̄s lar-  
giantamen non laudantur valde: sed largi diliguntur et laudantur valde:  
eo q̄ p̄ficiunt: et pfectus eorum existit per ipsorum donationem.

## C Capitulum. ii.

**A**ltus vero fm̄ virtutem honesti sunt: et honesti gra-  
tia sunt. Liberalis igitur dabit honesti gratia et re-  
cte: nam et quibus opz: et quot: et quando: et alia cun-  
cta que rectam dationem sequuntur: et hoc libenter  
vel sine molestia. Qd̄ enim per virtutem fit tocundū  
est: vel sine molestia minimeq̄ dolorem affert. Si quis vero dede-  
rit quibus non oportet: aut non honesti gratia: sed alia quapiam  
de causa: hic non liberalis: sed aliis quida nuncupabitur. Neq;  
his qui dolet. Magis em̄ pecunias hic utiq; diligit q̄s honestas  
actionem. Ad id non liberalis. Neq; capiet vnde non oportet: no  
enim est non magnifacentis pecunias, hm̄l acceptio: nec erit  
petitor: non enim beneficium est conseruentis: vt subinde commo-  
da ipse procureret. Ut vnde oportet capiet: pura ex propriis rebus  
quas possidet: non omnia honestum sit: sed quia necessarium ut ha-  
beat quid donet: nec sua negliget volens ver illa quibusdam suf-  
ficere: nec quibusvis dabit: vt sic dare possit quib⁹ oportet et quā  
do: et vbi honestum sit. Et quoq; eius qui liberalis sit vehemen-  
ter excedere: ita ut sibi ipsi pauciora relinquantur: nam ad se quid-  
em ipm̄ non respicere liberalis est. verum iuxta facultates libe-  
ralitas dicitur. Non enim in multitudine datorum sed in dantis

R habitu liberalitas consistit: hic autem dat fm̄ facultates: nec sa-  
no quicq; prohibet liberaliorem esse qui daudiora dat si modo te-  
titudine dator: s; iūtores ei sunt facultates: magis enim liberales esse videntur q̄  
i dātis ha- non quisiuerunt ipsi sed ab aliis vt ex hereditate acceperunt: nā  
bitu libe- et in dignitatem nunq̄ experti sunt: et amant magis sua quicq; ope-  
ralitas cō rari: vt genitores atq; poete. Illud vero non facile vt liberalis q̄s  
sistit. q̄s dicitur: eūz nihil capiat neq; conseruet sed contra eroget: nec

S multi per seiphas faciat pecunias: sed vt aliis dare possit. Itaq;  
Amātmā fortuna accusatur: q; qui maxie digni sunt minime diuitias hñt  
gis quicq; sua opa. Enimvero id non absq; ratione contingit. H̄c etiā non potest vt  
diuitias habeat is qui habere non curat quemadmodum nec in  
aliis rebus. Non tñ dabit quibus non opz: qñ non opz: nec quot-  
cumq; alia hm̄l. nam sic liberalitatem nequaq; seruaret: et si in  
illis consumeret dare quibus opz nequaq; valeret. Ut em̄ primo  
diximus liberalis est qui fm̄ vires patrimonij erogat et in quib⁹

terre sunt: non a fructibus: sed ab utilibus: cœn silua cedua: et omni metallica: nam multe sunt metalorum species. De singulis horum in genere dictum est nunc. In specie vero de his dicere utile quodam foret ad opera conficienda: sed gravis nimis in his edocēdis pessimum. Sunt enim operationes ille artificiosissime in quibus minimum est fortune. Ille sordidissime in quibus maxime inquinatur corpus. Ille seruiliſſime in quibus corporis est opus plurimum. Ille ignobilissime in quibus minimū requiritur virtutis. Cum vero sit a quibusdum de his scriptum: ut a Tharete parlo: et ab Apollodoro lenito de cultu agrorum tam nudorum quam consitorum: et similiter ab alijs de alijs. Ea quidem (cui cura est) precepta consideret. Etiam quedam a frugi patribus. dicta colligere oportet. Hec enim cuncta utilia sunt his qui augere patrimonium curant.

Thaletis  
historia.

Quale est illud Thaletis milesij attributum sibi propter sapientiam: cui cum obijceretur philosophie studium quasi inutile et in fructuosum: prosperisse illum ferunt per astrologiam oluarum libertatem futuram. Cumque coegisset pauxillum pecuniarum hymene adhuc vigente emptionem olei fecisse in Mileto et in Chio pro paruo admodum precio: utpote nemine plus offerente. arrasque dedisse. Cum itaque postea tempus venisset multis subito querentibus vendidisse oleum quanti ipse voluit ac magnam vim pecuniarum inde supluerat ostendisse amicis per facile esse philoso-

D Finale e phis dita ri si vellēt thales tnia: si nō est hoc il- lis cure. phis ditari si vellent: sed hoc nō esse illis cure. Thales igitur in hunc modum di sciam suam ostendisse. Est autē usus hic querendi modus si quis possit sibi soli venditionem comparare. Quapropter civitates quedam in hunc modum faciunt cum indigent pecunias: venditionem enim sibi soli reservant. In Sicilia quidam cum apud eum pecunia deposita esset: quicquid erat ferri ex ferrariis emit. postea vero mercatoribus illuc accendentibus vendebat solus non magnum excessum preci faciens: sed tamen ita ut pro quinquaginta talentis. c. conficeret. hoc itaque sentiens Dionysius pecunias quidem illi nō abstulit: sed amplius Siracusis morari vetuit: ut qui questus repertisset ipsius rebus inutiles. Iste vidit aliquid tale qualem Thales viderat. uterque enim sibi soli venditionem comparauit. hoc est utile videre etiam in. rep. nam ciuitates pecunias indigent et homines appatu quemadmodum domus sed et magis: quod obrem in rep. quidam huic soli pri intendunt.

De partibus rei domestice: dīcia: virtutib⁹ mulieris seruit: pueri imperatis parentis artificum et causa.

Cap. octauum.



Uoniam vero tres erant partes rei domestice: una dominica de qua supra diximus: alia paterna: tertia coniugalis: nam et uxori preest et filiis: tanquam liberis quidem ambobus: sed non eodem imperio modo: sed uno regie, masculus enim quodam

semina natura principalior est: nisi alicui contra naturam consistit: et  
 antiquius et perfectius iunctio et imperfectio. In cibilibus igitur of-  
 ficiis plerique commutatur is qui pes et is qui subest: nam equales esse  
 volunt secundum naturam: nec quicquam differre: attamen cum hoc quidem pesse:  
 ille vero subesse requirit dextra figuris et sermonibus et honoribus  
 ut Amasis inquit de pedibus latore. Enimvero masculus ad femi-  
 nam semper ita se habet. Filiorum autem imperium est regnum: quod enim  
 genuit: quod per amicitiam habet: et etatez: id ipsum est idem quod species  
 quedam regum imperij. Iohannes Homerus de loue inquit: hominum pa-  
 ter atque deo: sic appellans eorum regem: natura enim excellere reges  
 est: genere autem esse eundem: quod accedit seniori ad iunctiorem: et parenti  
 ad natum: manifestum autem quod plus studiis domestice discipline est cir-  
 ca homines quam circa possessiones inhaeritorum: et circa hominum virtutes  
 quam circa virtutes possessionis: quas diuitias appellamus: et circa  
 liberos magis quam circa seruos. Dubitatur autem utrum prius ministeria  
 et corporalia opera sit aliqua virtus seruit excellentior pura  
 modestia: fortitudo: et iustitia: et altius homini habitus: vel non sit  
 nullum prius corporalia ministeria: ambiguitatem sane id utramque  
 ex parte habet: nam siue sit aliqua excellentiores erunt seruit quodlibet:  
 siue non est aliqua cum sint homines rationis participes: absurdum ut  
 debitur: eadem est fere quod de muliere et puer: utrum et horum sint  
 virtutes: et oporteat mulierem esse modestam: et fortem et iustum: et  
 an puer sit intemperans et modestus: vel non: et utrum id querendum  
 est de natura imperantibus et parentibus. utrum eadez virtus an alia.  
 Si enim opus utroque participes esse virtutis cur tandem alter imperare  
 debet: alter parere. Non enim secundum magis et minus possunt dif-  
 ferre. Nam imperare et parere species differunt et non secundum magis et  
 minus. Si vero aliis opus: aliis non: admirabile est. Nam si imperans  
 non erit potitus et iustus quoniam secundum imperabit. Si vero is cui impe-  
 ratur quoniam bene parebit. Intemperatus enim et timidus nihil faciet  
 ut opus. Constat igitur oportere utroque habere virtutem. Sed in  
 ipsa virtute esse differentiam: quemadmodum in his qui natura  
 obediunt id aperte in animo inspicitur. Est enim in animo quod na-  
 tura imperat: et quod pareat: quorum diuersam censemus esse virtu-  
 tem: ut rationem habentis: et irrationabilis. Putat eodem modo se  
 habere in aliis. Itaque plerique sunt natura imperantia et parentia. B  
 Alter enim modo liber preest seruo: et masculus feminam: et vir pue-  
 ro: ut omnibus insunt partes anime: sed differunt. Seruum enim Sernu  
 non habet deliberandi arbitrium. habet habet  
 omnino non habet deliberandi arbitrium. rati arbi  
 Huius vero habet: sed imperfectus. tria mu  
 quidem: sed inutilidum. Puer autem habet: sed imperfectus. lier vero  
 dem non se habere et circa morales virtutes. Putandum autem est habet  
 omnes participes esse oportere: sed non eodem modo: sed quan-  
 tum cuius opus est. Ex quo fit ut is qui imperat: perfectus virtu-  
 tem habere debeat moralis. Nam etus opus est simpliciter pre-  
 dictum. habet habet habet habet habet

## Liber Secundus

cipientis. Ratio autem precipit atque presidet. Allorum vero unusquisque quantum sibi competit. Quare prout virtutem moralem esse omnium supradictorum. Nec eadem modestia mulieris et viri: neque fortitudo neque iustitia: ut Socratus putabat. Sed illa quidem tubes fortitudo. Hec vero obediens. Eodem modo et in aliis. Patet autem id magis particulariter considerantibus. Nam qui uniuersa littera dicunt quod bene se habere animum virtus est: et recte agere: aut aliquid tale: seipso decipiuntur. Multo enim melius dicunt qui enumerant virtutes quemadmodum Gorgias: quaz qui ita diffintunt. Quapropter opus sicut poeta de muliere dixit ita cense re in omnibus. Nullus decus afferat taciturnitas: sed non idem viro. Cum vere puer sit imperfectus: patet quod et huius virtus non ipsius ad seipsum est: sed ad perfectum et ducem. similiter et seruit ad dominum. Posuimus autem seruum esse utilem ad necessaria. Itaque patet ipsum virtute indigere parvum: et tanta: ut neque propter intemperantiam: neque propter timiditatem in operibus deficit. Quod dubitabit vero aliquis si verum est quod nunc diximus utrum artifices oportet habere virtutem. Nam sepe propter intemperantiam deficitur in operibus. An hoc longe differt? Nam seruus quidem adheret nobis communione vite. Ille autem remotor est: et tantum sibi competit virtutis quantum seruitutis. Ullis enim artifex determinatam quandam habet seruitutem: et seruus est secundum naturam. Sed nemo sutor: ut alius opifex. Patet ergo quod homo quidem virtutis causam esse oporteat dominum seruus. non eum qui doctrinam habet in operibus dominicas. Quapropter non bene dicunt qui seruos spoliant ratione. dicentes: precepto vnde dumtaxat. Admonendi sunt enim magis serui quam pueri. Et de his in hunc modum determinatur. De viri autem et mulieris: filiorumque et patris virtute et conuersatione adiuvicem quod recte: vel contra: et quomodo oportet hoc quidem facere: ab illo autem abstinere in his que de repu. necesse est intueri. Nam cum omnis domus sit ciuitatis pars. Illa autem pars domus: partis autem virtus ad totum respicere debeat: Necessarium est resipientes ad rempu. filios vroresque instituere: siquidem refert rectam institutionem rei hu. pueros et mulieres esse secundum institutas. Enimvero refert necessarium est. Nam mulieres media pars sunt hominum liberorum. Ex pueris autem sumuntur qui rempu. gubernant. Quare cum de suis determinatur. De reliquis autem in aliis sit dicendum: omissis propositis tanquam finem habentibus: alto sumpto principio illa discutiamusque tradita sunt de optimo ciuitatis statu.

## Secundus Politorum Aristotelis.

De optima republica Socratis differente multitudine: equa-  
litate & sufficientia.

Cap. Primi.

 Coniam propositum considerationem facere de ci-  
vili societate que sit optima omnium potentibus vi-  
uere maxime advotū. Opz quoqz als considerare res  
pu. quibus vtuntur ciuitates aliisque earū: q̄ bene le-  
gib⁹ institute videntur. Et si aliqz sint alie ab ali⁹  
quibus scripte que bene se habere videantur: vt recta institutio  
vtilitasqz appareat. Nec putetur esse ad ostentationem & supflui-  
tatem querere aliud preter illas. Sed quia ille nō bene se habēt:  
ideo hunc laborem a nobis esse suscepimus. **I**niciendum est  
autem ab eo quod est fm naturem huius considerationis princi-  
pium. Necessarium quidem est: aut omnia esse cōmunita inter ci-  
ues: aut nulla: aut quedam: & quedam non. Enimvero nulla esse  
cōmunita impole constat esse. cum ciuitas sit cōmunito quedam.  
Ac primo necesse est locum esse cōm. naz locus quedam paritas  
est vnius ciuitatis. ciues autē socijs vnius ciuitatis. Sed utrum  
melius fuerit in bene iustituenda repu. quicumqz recipere cōio-  
nem p̄nt ea oīa esse cōia: vel quedam cōia esse quedam non esse.  
Nam fieri p̄t vt filii & vores: & res que possiden& cōmunes essent  
quēadmodū in Platonis repu. Ibi em̄ Socr. inquit: oportere  
cōes esse filios: & mulieres: & facultates. Id vero utrum prestat  
ita fieri vt nunc sit: vel fm legem illam in repu. scriptam: Lōtinet  
porro & alias turbationes permultas ista multierum cōmunito: et  
id propter qd censur legem hanc esse ferendam: non vñ conseque-  
er rōnibus. Preterea ad finem quem inquit oportere ciuitati exi-  
steret vt nunc quidem victum est impossibile. Quo autem transi-  
gere oporteat nihil determinatum est: q̄ vna. v3. sit ciuitas tota:  
tanḡ id sit maxime optimum: suscipit enim hanc suppositionem  
Socrates. Atqui constat q̄ eo procedente vt vna fiat magis ciui-  
tas non erit. Est em̄ ciuitas multitudo quedam secundū naturaz  
que duz sit vna magis. domus erit ex ciuitate: & homo ex domo.  
Nam enim magis domum censemus esse q̄s ciuitatem: & homi-  
nem vnum q̄s domum. Quare etiam si posset quispiam hoc face-  
re: tamen non esse factendum: qz perimit ciuitatem. Nec solum ex  
multitudine hominum constat ciuitas: verū etiam ex eorum mul-  
titudine qui specie differunt. Non sit enim ciuitas ex similibus.  
Aliud em̄ federatio q̄s ciuitas. Illa enim quantitate prodest: & si  
eadem sit specie: cum auxiliis gratia fiat: ceu si pondus magis at-  
trahat. Differet autem: & eo modo ciuitas agente quando per  
pagos diuisa non sit multitudo. Sed quemadmodum archa-  
des. Ex quibus autem vnum fieri oportet specie differunt.

## Liber Secundus

Quapropter par repensum ciuitatē cōseruat: ut in ethicis dictū  
est prius. Quoniam inter liberos et equales necessariuz est hoc eē.  
Nam oēs simul magistratuз gerere impossibile est. Sed aut per  
annum aut p altaz prefinitionē: et tps. Atq; isto mō fit vt oēs ge-  
rant magistratuз: ceu si mutarentur sutores et fabri: nec semp idē  
sutores ac fabri essent. Cum vero melius sit ita se habere esse cir-  
ca societate ciuitē: manifestū est melius fore si idē semp magistra-  
tum gererent mō id fieri posset. Sed in quibus hoc fieri nequit: p  
pterea q oēs natura sunt pares simul et iustū est: siue bonuz: siue  
prauuz sit gerere magistratum: vt oēs huius numeris pticipes siāt  
et in eo imitari vicissim equales cedendo inuitē alios alijs. Nam  
alijs regunt: alijs regunt in pte tanq; si ipsi alijs fūnt. Eodē mō illo  
rum qui regunt alijs alios gerunt magistratus. Ptz igitur ex his  
qz non recipitur sic vnā esse ciuitatē: et q maximum fore commo-  
dum ciuitatibus dicebatur id interimit ciuitates. Atqui singulo  
rum bonū singula cōseruat. Patet etiā alio mō q querere nūmī  
vnire ciuitatē non ē meli?. Domus. n. magis sufficiēs est qz vnus  
ciuitas autē qz domus. Et vult iā ea quidē esse ciuitas cū hz suf-  
ficiētā multorū societas. Si igitur magis expetēdū est qd ma-  
gis sufficiētā hz: certe et min⁹ vnū eo qd est magis expetibl⁹ est.  
**C**De repub. Socr. improbatio. **C**ap. secundū.

**D**ecem li-  **A**imuero nec si optimum sit vnā qz maxime esse ciuita-  
tem: tñ id demōstrate vñ ex sermone si oēs dicant suuz  
et nō suum. Hoc autē Socr. putat signū esse ciuitatis  
perfecte vnite. At. n. verbum oēs duplex est. Si igitur  
hēdit ap̄tanq; singuli fōsan esset magis quod efficere vult Socr. Singu-  
platone. U. n. eundē filium suum dicērent: et mulierē eādem: et de facultati-  
bus et de quibus alijs alia eodē modo. Nūc autē nō ita dñt q cōf-  
bus vtuntur mulieribus et filiis. Sed omnes qdē: at non vt sin-  
guli ipsoz. Eodēz mō de facultatibus oēs qdē: sed non vt  
singuli eorum. Qd̄ igitur aberratio quedā sit in verbo: oēs ma-  
nifestum est. Nā et vtraq; et imparia et paria dicit pp duplicitatez.  
Et in sermonibus positū litigiosos facit syllogismos. Quare hoc  
ipsum oēs dicere. Uno quidez mō bonuz est: sed nequaq; possiblē  
**B**le. Illio autē mō nihil cōsentaneū hz pppterea qd̄ dñt nōcumentum  
rū cōe esti aliud. Quod. n. multorū cōe est in eo minima adhibetur diligētā  
eo minia. Hāz de pprijs marime curant hoīes: de cōibus sūt minus qz de  
adhibeture quantum singulis cōpetit. Tanq; em̄ alio curante ab alijs ne-  
diligētā. gliguntur. Quemadmodum in seruilibus ministerijs familiātes  
multi interdum deterius inseruiunt qz pauci. Fūnt autem vnl-  
cuiq; ciuitum mille filiij: et ipsi non vt singulorū: sed vt confusis  
quiuis similiter est filius. Quare omnes similiter negligent. Pie-  
pterea isto modo singuli suum dicent bene agentem aut male quo

tenscunq; continget numero. Puta meus est aut illius hoc modo dicens de singulis mille; vel ex quot ciuitatisit; et hoc dubitans. Nam incertum cui contigerit genuisse filium; et salutis esse genituz. Atqui utrum prestat sic dicere suuz ita vocates vñquæq; duorum miliz et decem milium vel magis ut nunc in ciuitatibus suu vocat. Hic quidem filium suu. Ille fratrem eundem. Ille nepotem; autem per alia quādam cōunctionem. Et ex consanguinitate vel affinitate sui primum vel suor. Et preterea alterū sodalem; alteruz consimilares. Prestat enim esse propriū nepotem quam illo modo filii. Quin immo nec vitari quidem potest quin agnoscant a quibusdam fratres et filii et patres et matres. Nam per similitudines natorum ad parentes necessarium est ut fidem recipiant simul. Quod tradunt scriptores qdā populis superioris Libye euenire libabere. n. mulieres C filios tñ p̄tiri inter se s̄m similitudines natorū. Sunt enim multe res quedā; et aīalia ceu eque et boues: quaz ea natura est ut simul limos genitoribus edant fetus: ut equa illa apud pharsaliam iusta nuncupata. Et preterea huiusmodi molestias non facile erit vitari ab his qui eam statuunt cōitatem: puta plagas et necesse partim voluntarias; partim inuoluntarias: et ritas: et iurgia: que nefas est committere aduersus parentes et propinquos: magis quam aduersus extraneos. Sed frequentius illa euenire necesse est: vbi ignorant: quam vbi sciunt. Et ea si contingant a scientib⁹ expiari debito modo possunt: ab ignorantibus vero non possunt. Illud etiam absurdum quod filios communes fecerunt. Loire soluz amantes vertuerunt: Amare vero non vertuerunt: nec alios usus quos esse parenti ad filios: et fratri ad fratrem omnium deformissimum est: cuz et amare solum aliquid absurdum sit etiam non alia ob causam coitionem illorum vetuisse: nisi quod numita voluptas inde sit prouentura: sed quid pater sit aut filius aut fratre ob eam rem nihil putare referrere. Videlicet autem magis prodesse agricolis communies sint mulieres et filii quam custodibus. Minus enim erit amicitia si communies sint nati et mulieres. Enimvero tales sint quibus imperatur oportet: quo ipsi pareat imperio nec res nouas in ciuitate moliantur. Denitus autem contra eueniat necessarium est ex huiusmodi lege: quam quorum causa optimas leges esse oportet: et cuius gratia. Socrates censet ita instituendum de natis et mulieribus Amicitiam enim putamus maximum esse bonum ciuitatibus. Nam sic minime seditionibus agitabuntur: et vnam esse ciuitatem laudat maxime Socrates. Quod et videtur et ipse iquit esse amicitie opus: ut in amatoriis sermonibus scimus dicentem Aristophanem propter eximiaz amantiuz cupiditatem applicari simul et ex duobus fieri vnum. Hic ergo necessarium est ambos corruptos esse vel vnum. At in ciuitatibus necesse est amicitiam in firmam fluxamq; fieri propter huiusmodi communitatem: et mi

Libya su  
perior.

## Liber Secundus

nime dicere suum aut filium patrem: aut patrem filium. Ut enim parum mellis multa in aqua diffusum insensibilem facit mixtio- nem. sic accedit communitatē istam nequaquam necessariam in ta- li repū. a nobis estimantibus: vel patrem ut filij; vel filiū ut pa- tris: vel fratres inuitem. Duo sunt que faciunt homines curā ha- bere et amare: p̄prium. s. et affectio. Quorum neutrum sit necesse est in huiusmodi republi. Insuper translatio illa natorum ex agri colis et artificibus in custodes: et ex his in illos magnaz continent difficultatem. Quemadmodum tandem fiet et cognoscant neces- se est dantes et transferentes: quibus quos dedant. Preterea et su- perius dicta magis in his necessarium est euenire puta ruras et plagas: et amores: et cedes. Nam non amplius appellant custodes fratres et filios: et patres et matres: qui alijs cuibus et deduntur et rursus qui ex custodibus ut tale caueant aliquid perpetrare p̄pter consanguinitatem.

**D**e communitate igitur natorum et mulierum: determinatum sit in hunc modum.

**D**e cōitate facultatum: et nōnullis incōmodis rempu. Socrati- cam sequentibus. **C**ap. tertium.

**I**ts consequēs est de rebus que possidentur conside- rare: quomodo sit constituendū illis qui in optima repū. versari debeant. vtrum communes esse: vel nō communes. Hoc seorsum determinandum est: nec si mul cum his que de natīs et mulieribus constituun- tur. Dico autem circa res vtrum (et si sint nati mulieresq; separa- tū quemadmodū nunc sunt oībus) prestet tamen res esse cōmu- nes et v̄lus: puta fundos p̄prios esse: fructū vero in commune cō- ferre. Quod apud quasdam fit gentes: vel contra solū quidē com- mune esse: communiter coli: fructus autem p̄tiri in p̄prios v̄lus. Quod etiā facere dñr quidā barbaroz. vel et fundos et fructus es- se cōmunes. Si ergo alii forent agricole: alius esset modus et faci- lior. Sed cum ipsi sibi laborent imperando: magnas ea res af- fert difficultates. Nam si in fruendo et laborando non sint pares: necesse est incusationes existant contra fruentes qđem et consumē- tes multa parum vero laborantes his qui minus consumunt: et multū laborant. Dino aut̄ iunctus omnis et cōitas hoīum et dif- fícilis est: et maxie in histrebz: pbant eorum quivna peregrinātur societates: quorum pleriq; fere dissident inter se de parutis vilt- busq; offensi. Nos quoq; ministris illis plurimum trascimur quis- bus maxime vtimur ad circularem famulatum. Communes ig- tur habere res has: et huiusmodi continent difficultates. Eo aut̄ modo quo nunc sit si insuper moribus et moderatione legum re- ctarum honestetur: non parum perstabit. Habet enim v̄trusq; commoda. Dico autem v̄trusq; v̄z. eius q̄ communes sint res: et eius q̄ proprie. Oportet enim ut res sint proprie: sed quodam-

modo cōes. Lute em̄ diuise: incusationes adinūcēm nō parient: immo p̄ficien̄t: vt pote ad proprium vnoquoq; sedulo incumbēt. At vero p̄ virtutem erunt: vt est in puerio amicorum cōia. Est autē etiā n̄ sic quibusdā in ciuitatibus in hunc modū subscriptū ne putetur ipse. Et p̄cipue in his q̄ bñ gubernant: aliq; sunt aliq; esse pñt. Propria em̄ sua quisq; possidēs partim utilia facit amicis: partim vñtūr communib;: vt in Lacedemone seruis vñtūr vicissim tanḡ forent vntusciusq;: et preterea equis: et canibus: et vehiculis. Patet igitur esse melius vt proprie sint reg: sed vñsu sacere illas communes. Quemadmodū autē hoc fiat legislatoris erit prouisio. Est sane inenarrabile quantum intersit ad voluptatem cōsiderare aliquid esse propriu; sui. Non enim frustra quisq; ad seipsum amicitiam habet: est vero id naturale. Sed cum amatio sui reprehenditur: non illud reprehendit: q; se amet: sed q; magis q; op̄z se amat: quemadmodū et amatio pecuniarū. Nā amāt omnes vt ita dixerim talia. Atq; et largiri: et opem ferre amicis: et hospitibus: et familiaribus dulcissimum est: quod sit si p̄prie sint facultates. Hec autem non contingunt illis qui nimis vnam efficiunt ciuitatem. Et preterea duarum virtutum opera manifeste tollunt. Temperantie erga mulieres alienas: a quibus laudabile est se abstinere. Et liberalitatis circa res possessas Neq; enim discerni poterit liberalis: neq; liberalem operationem faciet vlam. nam in vñsu earum reru; quas ipsi possidemus liberalitatis est opus. Illiusmodi itaq; legis positio faciem habet apparentē quam auditor libenter recipient: putans fore mirabilem quandaz amicitiam omnibus erga oēs. Presertim cum quis incommoda accusat terūpub; nunc puenientia ex eo: quia nō sint communes omnium facultates: ceu litigia ex contractibus: falsorū testū accusations: diuitū adulations: quorum nihil sit propter probitatem: sed propter improbitatem. Cum etiam res in cōi hñtes multomagis inter se litigare videamus q̄zeos qui separati possidēt. Insuper equum erat referre non solum quantis malis priuabunt: si ad cōitatem rerum habebunt: sed etiam quātis bonis. Videtur aut̄ omni impossibilis esse illa vita. Causaz vero Socrati huius erroris putandū est tuisse suppositionē non rectā. Op̄z enim quodammodo vnam esse ciuitatē et donum: s; non penit. Est enim quo si procedat non erit ciuitas. Est etiam quo erit quidem prope vt non sit ciuitas deterior ciuitas. velut si quis concētum faciat vnuocum: et versum pedem vnum. Sed oportet cum sit multitudo: vt prius dirimus: per disciplinam communem et vnam efficere. Et qui disciplinam sit adhibitus volens per illam studiosam facere ciuitatem: absurdum est si per talia quedaz instituendam putet. ac non per mores: et p̄ philosophiam: et per leges: veluti seruorum iumentorumq; in Lacedemone: et co-

# Liber Secundus

**F**messatione in Treta legislator communem induxit. Neq; illis  
sane ignorandū est: quia oportet ad longū tempus ac diurnas  
consuetudines inspicere: an recte se habeat. Ferme enim omnia  
inuenta sunt quidem: Sed alia non inducta: alia ab expertis re-  
pudiata. Marime autem id apparet: si quis per opera inspicat  
republicam sic institutam. Non aliter enim poterit fecisse ciuit-  
atem nisi separat illa atq; distinguat p̄tm in commessationem: p-  
tum in genera: p̄tm in tribus. Itaq; nihil aliud contingit lege p-  
uisum esse nisi vt custodes agros non colant: quod nunc lacede-  
monij facere ceptant. Modus vero totius reipublice quis futu-  
rus sit in commune de gentibus neq; Socrates ipse inquit: neq;  
dictu facile est. At qui multitudo ciuitatis diuersorum ciuitum est  
multitudo: de quibus nihil determinatū est: an et agricultis com-  
munes esse facultates oportet vel pprias singulorum. Prioreca  
vtrū mulieres et pueros pprios vel communes. Si enim eodem  
modo communia sunt omnia omniū: quid differenti isti ab illis  
custodibus: vel quid plus sustinentibus eorū imperiū: vel quam  
ob causam imperium sustinebunt: nisi forte p̄texunt aliquid tale  
quale cretenses q̄ cetera omnia seruis pmittentes gymnasia so-  
lum illis vetuerunt et armorū possessionem. Qd si vt in alijs ciui-  
tatis: ita apud illos talia erunt: quis modus erit communita-  
tis: Necesse est enim duas ciuitates in vna esse ciuitate: et eas in-  
**S**ter se contrarias. Facit enim altos quidem custodes quasi in pie-  
silio constitutos. Altos agricultas et artifices et ceteros ciues. Li-  
tigia vero et iurgia et q̄ alia mala ciuitatibus puentre inquit ola  
puenient etiam istis: q̄q̄ dicat Socrates fore: vt non multū le-  
gibus indigebunt: ppter disciplinam: veluti circa res rurbanas et  
circa forū: et alijs huiusmodi legibus: tribuens solū disciplinam  
custodibus. Insuper dominos facit suarum rerū agricultas: actol-  
lere pmittit. Ut multo magis putandū est fore illos graues et  
insolentes: q̄ illas q̄ apud quosdam sunt hilocias vel penescias  
vel pichias. Enim uero siue necessaria sint hec similiter: siue non  
nihil nūc quidem determinatū est: neq; de consequentibus q̄ sit  
eorum administratio et disciplina: et leges quedam. Est aut neq;  
facile repre neq; parum referens: q̄les hos esse oportet ad con-  
seruandam custodū communionem. Ut q̄ si mulieres faciet com-  
munes: facultates vero proprias quis curam habebit rei dome-  
stice: vt agriculture viri: q̄uis sint communes facultates: et agri-  
colarū mulieres. Absurdū etiam ex bestijs facere similitudinē q̄  
pueniat eadem exercere mulieres: q̄ viri: ad quas rei domestice  
cura nequaq; pertinet. Periculosa est insuper magistratuū con-  
stitutio q̄a sic facit Socr. vt semper sint h̄dem. Ut hoc seditionis  
est causa etiaz apud illos q̄ nullā possident dignitatē. Quid  
ergo apud bellicosos et animosos viros: Qd aut sibi necessariū  
sit eos dem

sit eosdem semper magistratus facere patet. non enim alioꝝ mō  
et modo aliorū miscet animis diuinū illud aurū: sed semp eisdeꝝ.  
Inquit aut̄ quibusdā statim a genitura aurum inscri: quibus-  
dam argentum: es vero et ferrum illis qui artifices futuri sūt aut  
agricole. Preterea custodibꝫ felicitatē auferens totā inquit ciui-  
tatem facere beatam opꝫ legislatorem. At impōle est totam esse  
beatā. nisi aut plurimi: aut oēspartes: aut quedā habeat felicita-  
tē. non enim eoūdem est felicitas quoū et pars. nā pars recipit  
toti existere et si nulli partium ad felicitatē impōle. Quod si custo-  
des non erunt felices q̄ tādē alijs: non enim artifices q̄ dē neqzvul-  
gus. Illa igitur respub. de qua Socrates locutus est has conti-  
net difficultates: et alias his non minores.

**C**ōtrepu. Platonis: que et Socratis secunda respu. dicitur.

**C**apitulum Quartum.

**E**rme aut̄ similiter circa leges quoꝝ se debet post/  
ea scriptas. Quapropter et de illa reipub. parte cogi-  
tare parum melius erit. Etentim in repub. de pau-  
cis admodum determinauit Socrates: ut de mulie-  
rum et natorum communitate: et de rebus posseditis  
at de institutione reipu. Divisit enī in duas partes  
multitudinē habitantū in agriculturis et ppulsatores bellū. Tertiā  
ex his fecit eos qui cōsultant ac deliberat: et in quibus summa rei  
pu. consistit auctoritas. Agricole vero et artifices vtrum nullius  
magistrat⁹ an alcui⁹ participes sint: et vtrū arma possidere debe-  
ant et vna pugnare nihil determinauit. Sed mulieres censem vna  
purgare debere: ac disciplinā h̄re eandem quam custodes. Cete-  
ra vero extraneis peregit sermonibꝫ: et disciplinā custodū qualez  
esse illā oporteret. Legū aut̄ maxima quidē pars leges existunt  
pub. Pauca vero de respu. dixit: quam dū pgit cōiore facere pau-  
latim circumagit in alia remp. Preter cōitatē enim mulierū et re-  
tū possessorū cetera sādē vtrisqz attribuit. nam et disciplinam ean-  
dē et abstinentes vivere ab operibus necessarijs. Et de comessatio-  
nibꝫ eodem modo p̄terqz qđ hec existimat mulierum quoꝝ co-  
messationes esse debere: et hanc nulla h̄ntū amara. Illa nō qua-  
tuor millium. Superfluum ergo quiddam et comptum et nouum  
et dubitatum omnes. Socratis habent sermones. Sed cuncta  
recte forsitan difficile. nam etiam multitudo illa de qua nunc dice-  
batur latere non oportet cum tanta sit: quia babilonia: aut alia  
quādam infinita regione indigebat: ex qua ociosorum quinqz mi-  
lia cum mulierum ac ministrantium multipli turbā alant. Sup-  
positiones quidem sunt pro arbitrio faciende: non tamen impo-  
sibilis. Dicitur aut̄ debere legislatorē ad duo respicere inferen-  
da lege: ad regionē et homines: addendum est et ad vicina loca: si  
oportet ciuiliter vluere ciuitatem. non solum enim necessariū est

Arist.lib. politicoꝝ.

x

## Liber Secundus

Ipsam talib⁹ vti ad bellū armis q̄ vtilia sintā sua regione: verū etiā que in aliena. Quod si qđ hmōl nō recipit vitā: neq; priu tim: neq; publice: nihilomin⁹ tñ opz terribilem esse hostibus: nō veniētibus solū in regionem: verū etiā abeūtibus. De mō quoq; rerū possidēdarū vidēdū est ne forsan melius sū alter diffinire & clariss. Tantas inquit possidere opz vt modeste viuat perinde ac si dicat vt bene viuat. Verū hoc est nimis gñale: & est reperire viuere: erūnose tamen. Ut melius est dicere: modester liberaliter. Superatim enim vtrūq; alterū enim luxurie accōmodabit: altx difficultati. Cum sole hmōl virtutes habit⁹ sint circa vsum facul tatis nostrarū: puta p̄monio māsuete vel fortiter vti nō dicimur **C**at modeste & liberaliter dictur. Quare necessarium est circa illud illas versari vritates. Absurdū quoq; est cū facultates adequa verit de ciuiū multitudine nihil determinare: s̄ indefinitā relinq; re multitudinem filiorū. quasi sufficiēter adequatā pp sterilita tes vbiq; cōtingat. Quod videt nūc quoq; reuenire in ciuitatibus. Sed opus est vt aliam certitudinem tūc habeat q̄ nunc. Nam nunc quidem nemo dubitat ex ea: quia in singulos diuise sunt facultates in quātācunq; multitudinem. Tunc vero cū sint induisse necessarium disparest nihil habere sine pauciores sint multitudine. sine plures. Nāgis autem putaret quis loportere determinatum esse modum procreandorum filiorum q̄ facultum: vt non plures q̄ determinatum sit procreari oporteat. Et numerus dissintendus est respectu habitu ad fortunas si contin gat decedere aliquos: & ad defectum procreandi ceterorum. Per termittere autem id vt in plerisq; ciuitatibus necesse est egestatis sit causa ciuisbus. Egestas vero seditiones & delicia parit. Ita **D** q̄ Phidion corinthius vñus ex vetustis legūlatoribus familiis cēsuit equales permanere debere: & ciuiuz multitudinē: cū quis locutiones habebant prius oēs iniquas s̄m magnitudinē: at i his legib⁹ contrariū est. Verū de his: quēadmodū statuendum pute mus: postea erit dicēdū. Om̄issum est ēt in illis legib⁹: quēadmodū differat p̄ies des a subjectis. Inq̄t enim oportere quēadmodū ex alio lane filium dicitur q̄ lini: sic & eos qui p̄sunt se habere debere ad eos qui subsunt. Cumvero totā suberant augeri di vīsq; ad quantuplum quare hoc vīsq; non erit in regione vīsq; ad aliquid. Videntur est etiam ne edificiorum duisio non prosit ad rem familiarem. Duas enim cuiq; domos attribuit: at difficile est duas habitare domos. Tota vero constitutio vult eē neq; plebis gubernatio neq; paucorum potentium: sed horum media: quam vocant rempu. Est enim ex his qui arma ferunt. Si igitur vt communissimam omnium hanc constituit rempub. recte forsan dixit: sed vt optimam rempu. non recte. Forsan enim lacerdemoniorum rempu. quis magis probabit: vel etiam quan

dā magis optimantū. Sunt q̄ dicāt optimā rēp. ex oī gñē gubernationū admītrā eē debere: atq; ob id lacedemōiōnū laudāt rēp. cōstare quidā illam ex paucorū potentia. Item ex vno principe & populari statu ponentes regem illorū pro vni<sup>o</sup> gubernatione. Se natū vero pro paucorū potentia. Ephoros autem pro statu populi: qm̄ ephori ipsi ex plebe sumūt: alii ephoratū quidem tyrāni dē putant: s; populū regi per comessationes & alium quotidianū victū. Sed in his legib<sup>o</sup> dictum est optimā rēp. ex plebeio statu p̄stare debere: ac ex tyrānide. Quas aut non reponat quis inter species rerū. aut deterrimas oīm esse fateat. Helius ergo dñc qui pares cōmiscent. Nam que ex plurib<sup>o</sup> cōstat respu melloi ē. Deinde nihil videtur habere ex vnius gubernatione: sed ex paucorū potentia a populari statu. Verū ad paucorū potentia inclinare magis: qd̄ p̄ ex magistratū creatione. Nam quod ex dele-ctis sortitio fiat: cōc est vtrisq;. Sed q̄ necesse sit dictionem habere: & magistratus creare: vel alios quippiam huiusmodi publicorum negotiorum facere: alios vero preteriti: id paucorum potētie est. Insuper conari vt plures ex diuitiis ad dignitates su-mantur: & ad maximas quidem ex maximo censu paucorum po-tentia est & senatus assumptio. Assumuntur enim cuncti ex neces-sitate: sed ex primo censu: postea totidem ex secūdo: postea ex ter-tio. verum non omnes necesse erat ex tertio vel quarto assimi-lari. Ex quarto autem quartorum solis necesse est primis & secundis. Postea ex his equalem ex singulis censibus numerum esse sumē-dū inquit. Erūt itaq; plures & potētores qui ex maximo cēsu su-munt p̄pea. q; ex plebe qdā nō sumunt: q; necesse nō est. Quod siq; nō gubernatione plebis: ac vnius principlatu cōstabat h̄mōi respu. ex his patet. Patebit etiam postea cū de ea spē retpublic. tractabimus. Habet etiam circa magistratum creationem dele-ctorum: delectum perticulolum. Nam si aliqui conspirare velit ēt medio cri numero semper fm̄ horum voluntatez fieri assumptio. In legib; igitur illa respu. ita se habet.

**C**De Phalee (que & carthaginensium) repub.

Lapitulum Quintum.

Ant vero & alie quedam respu. tum idiotarum: tū philosophorum: & in administratione ipsarū ver-santium. Dēs aut he xppinquieres sunt illis fm̄ quas nūc regūt q̄ iste due. Nullus. n. neq; de cō-i-tate filiorum: neq; de mulierib<sup>o</sup> talē aliquā intro-duxit nouitatē: neq; ēt de seminaz comessationi bus: s; a necessariis magis inchoāt. Ut quibusdā marime ut de patrimonis recte cōstituat: nā hic sed inōes ourt cūctas asserunt. Quāobiē Phaleas carthaginēsis ante oīa de hac parte constituit. Inquit enim patrimonia ciuiū equalia ēse

## Liber Secūdus

debere. Hoc autē per facile factu esse: si statim ab ipsa conditione ciuitatis p̄uideret. Postq; vero cōdita fore difficultius qđē: attī satis mature adequari posse: si diuites dotes dent; pauperes autē cōtra accipiāt dotes: et nō tradāt. Plato autē in legib; suis vñq; ad aliquid censuit esse p̄mitendum: nā supra q̄ntuplū eiusquod foret minimum nemini licere ciuiū possidere ut prius diximus. Sed op̄z ne id quidē latere legislatorē qđ certe nunc latet: q̄ qui patrimonio modū imponit: d̄z etiam filiorū numero modū impo-

**B**nere. nam si excedat multitudo filiorū patrimonij facultatem: ne cessarium erit lege abrogare: et sine vlla abrogatione improba lex erit. Quonā ex diuitiis pauperes facit. Opus est ergo ne tales seditioni efficiant. Quod igitur valeat aliquid in repu. p̄imo niorum exequatio: et veterum aliqui videntur cognouisse: vt Solon constituit: et apud alios lege cauetur. vt non n̄ q̄stum quisq; ve lit: sed q̄stum lex permittit agri possideant. Eadem quoq; ratio ne patrimonia sua alienare leges vetant. Ut est apud Locros le ge cautum: ne quis patrimonium alienare possit nisi eudentem calamitatē ostendit supuenisse. Preterea vt antique hereditates conseruent: qđ sublatū apud Leucada valde popularē eorum ci uitatē efficit. Non enim ampli⁹ euenit ex taxatione census ad magistrat⁹ assumi. Sed et equalitatē quidē patrimonio iū cōstituit. Verū hec aut ita magna esse delitiari liceat: aut ita exigua vt re nūiter victimum agant. P̄tq; igitur nō sufficere patrimonia exequa ra fuisse a legislatore: s̄ melius cōlectandum esse. Preterea si q̄s mediocria statuat omnibus patrimonia nulla utilitas est. magis enim cupiditates adequande sunt q̄s patrimonia. Hoc autē fie-

**C**rit non p̄t nisi sufficienter disciplina ciuib; adhibita per leges. Sed forsitan responderet Phaleas hoc ipsum se dicere. Leneset. n. horum duorū equalitatē ciuitatibus inesse debere: patrimonij. s. ac discipline. Sed que tandem hec disciplina sit exprimentum fuit. Et vnam eandemq; esse nihil prodest. Nam fieri potest vt sit via eademq; disciplina. Verum eiuscmodi per quā cupiditati pecuniarum aut honoris: aut r̄triusq; Insuper seditiones oriunt non solū ob patrimoniorū: verisimiliter ob honorū inequalities: et hoc diuersum in alterutro. Nam multitudo quidē grauter fert inequalities patrimoniorū: prestantes aut viri honorum equalitatem. Unde illud natum est. Honorū incumbit tam ignarusq; bonus. Non solum vero homines propter necessaria iniuriātūr quorum remedia putant adequationem patrimoniorum: ne spoliat alios propter frigus: aut propter famē: verum etiam vt gaudient neq; concupiscant. Nam si maiorem habeant necessarioꝝ cupiditatē: ad huius medelam inturias inferunt. Non ergo ob hanc solum: verum etiam si concupiscat vt molestia careā t: et volūptate fruant. Quod igitur horum trium remedium est his quidez

exiguum patrimonii et opificii. Illis autem temperatia. Tertium  
 vero si quis velit per illa delectari: non aliudque a phis querat reme-  
 dii. Nam cetero quod hominibus egere cum iniurias inferunt plurimū  
 propter superflua: non propter necessaria: puta tyrannide inuidit: non  
 ut frigus repellant. Quapropter honos maximus habet non ei  
 qui sarem occident: sed ei qui tyrannū. Itaque Phaleas pruis dūta  
 rat iniurijs hac sua reipub. constitutione succurrerit. Picterea mil-  
 ta statuere pergit: per que ad seipso recte instituti erant. Sed  
 oportebat quoque ad finitimos et peregrinos omnes. necesse est  
 ergo constitutam esse rem pub. ad bellicum robur: de quo ille nil  
 dixit. Eodem modo de facultatibus. Tantas enim esse oportet  
 ut non solum ad ciuium usum: verum etiam ad pericula externa  
 sufficiant. Quare nec ita magnas esse decet ut finitimi concupi-  
 scant: quibus resisti non possit. nec rursus ita paruas ut cum pari-  
 bus et similibus bellum nequeant sustinere. Ille tamen nihil de-  
 terminauit. Oportet autem neque id latere quantas facultates ha-  
 bere conducat. Forte recta determinatio fuerit tantas esse debe-  
 re lucrum superantibus bello afferre non possit: sed ita quasi ni-  
 hili superacquirit. Quare Eubulus considerare iussit Autophardatem cum Alternea obsidere vellet. Logitaret enim quan-  
 to tempore circa expugnationem eius loci detineretur: ac existi-  
 mare huius temporis iacturam. Nelle enim pro minori precio iam  
 tunc Alternea relinquere: que cum dixisset Autophardatem in sen-  
 tentiam traxit: et obsidionem pretermittere fecit. Habet igitur vti-  
 litatem exequatio patrimoniorum inter ciues: ne inde seditiones  
 oriatur: verum ut ita dixerim non ad modum magnam. nam et  
 praestantiores conqueri possent quasi ipsi plus habere debeant  
 Ex quo fit ut ipsis lepe insurgant: ac seditiones concitent. Picter  
 ea improbitas hominum insatiabilis est: et primo quidem suffice-  
 te debent pauca atque minima: mox vero ubi illa sunt consecuti  
 plura appetunt semper quo usque in infinitum procedant. Infini-  
 ta est enim cupiditatis natura: ad cuius expletionem plurimi vi-  
 uunt. Horum igitur principium est magis quam patrimoniorum  
 exequatio ciuitatem sic instruere: ut bona quidem virtus plus quam  
 sibi competit habere non querant. Improbi autem querant ha-  
 bere non possint. Hoc autem fiet si inferiores sint: nec iniuriam  
 patiantur: nec vero in hac ipsa exequatione patrimoniorum recte  
 est ab eo dispositum cum fundos et agros exequere solum: sed sunt  
 seruorum armentorumque et pecuniarum diuitie. et apparatus in  
 gens earum rerum quas suppellecirem vocitamus. An igitur  
 horum omnium exequatio querenda est vel moderatio quedam  
 mediocris: vel cuncta omittenda. Videlicet autem ex ipsarum les-  
 sum positione ciuitatem exigua constituere si: quidem artifices  
 omnes publici erunt: nec multitudinem augebunt ciuitatis. Sed

# Liber Secundus

certe publicos esse eos qui publica faciunt operam opz: quemadmodum Epidamisi: et quemadmodum Diophantus qñq; Athenis cōstituit. De Phalee igitur repub. fere ex his deprehendi potest: si quid ab eo sit bene dictum: vel non bene.

**D**e Hippodami et Milesiorum repu. Cap. sextum.



Hippodamus autem milesius qui et civitatum divisionem inuenit: et pireum abscondit: cuz esset in creta quoq; vita morosior: propter glorie cupiditatem: usq; adeo ut quibusdam videretur superfluus capillorū prolixitate et ornatu sumptuoso: preterea vestitu villi quidem: sed admodum fracto: non in hyeme solum: verum etiam in estate. Studiosus autem de omni natura esse volens primus omnium qui non in repu. versati essent: aggressus est aliquid discere de optimo ciuitatis statu. Constituit autem ciuitatem multitudine decem milium in tres diuisam partes. Faciebat enim unā partem artifices. Alteram agricolas. Tertiam propulsatores bellit. Divisit quoq; regionem in tres partes ut esset pars una sacra: Alia publica: Tertia privata. Unde cultus diis fieret: sacra. Unde vero propulsatores bellis alerentur: publica. Que autem agricolarum foret: priuata. Legum quoq; tres esse species solum putabat. De quibus vero iudicia fierent totidem esse numero: iniuriam: damnum cedem. Donebat quoq; unum iudicium principale: ad quod omnia male iudicata reduceretur. Idq; constituebat ex sentibus quibusdam delectis. Sententias vero in iudiciis non calculis ferendas esse censebat: sed unumquemq; iudicii tabellā afferre: in qua scribere (si condemnaret simpliciter) sententiaz. sin absolueret similiter vacuum. sin primi condemnaret primi absoluveret id ipsum diffiniret. Nam ut nunc quidem fit non recte: pūsum a lege existimabat: quia cogantur homines alterutrum iudicantes peiorare. Ferebat quoq; legem de his qui utile quipplaz ciuitati rep̄issent ut honoribus afficerentur. Filios autem eorum qui pro patria bellando occubuerint: ex publico alendos cē: quia si id non prius fuerit lege pūsum. nam est Athenis ea lex: et alii quibusdam ciuitatibus. Magistratus vero omnes actiones populo attribuit. populum autem faciebant tria illa genera ciuiuz. Qui vero delecti essent eorum rerumpu. curaz habere debere iste hospitaliu; et pupillarium. Plurima igitur ac maritime digna memoratu in Hippodami constitutione ista sunt. Sed primo dubitabit aliquis de pūtitione ciuium. nam artifices: et agricole: et arma tenent omnes in reipu. cōmunione versantur. verū agricole quidē arma non habent. artifices autē neq; arma neq; agros. Itaq; fiunt quodammodo servi eorum qui habent arma. Particeps esse igitur omnium honorum impossibile est: cum sit quidē

necessarium ex his qui habent arma constitutus bellum duces: et custodes ciuum: et principalissimos ut ita dixerim) magistratus. Qd si participes non sint reipu. quo bono animo esse poterunt in res pu. Enim uero potentiores esse oꝝ illos qui arma tenent ambabꝫ partibus. Id autem non facile est nisi multitudo exuperet. Qd si hoc erit: quid opus est alios participes esse reipu. et suffragia magistratum habere. Preterea agricole quid utilitatis afferunt ciuitatibus? Artifices enim esse necessarium est. Nam omnis ciuitas artificibus indiget: et proficere ex artibus: quemadmodum in aliis ciuitatibus. Sed agricole si habentibus arma victum parant: merito forent pars aliqua ciuitatis. Id hoc priuatim habet agros: ex quibus ppulsatores bellum victum habere opz: si ipsi idem colant non esset aliud agricola: aliud ppulsatori bellum: qd legislator esse vult. Si alij quidem ab agricolis et ppulsatoribus: quantum erit membrum ciuitatis nullius p̄ticeps: sed alienum ad rempu. Qd si q̄s dicat eos de agri colas: et suos colere: et publicos agros primo fructu multiudo non sufficeret: ex quibus singuli binis dominibus habeant ministrare. Deinde quāobrem non statim ex eisdem agris pro seqz alimenta sumant: et pro ppulsatoribus exhibeant. Hec sane omnia magna continent turbationem. Nec de iudicio quoq; recte se h̄z lex: que iudicandum putat cuꝫ distinctione item simpliciter scriptam: ita ut ex iudice fiat arbitrator. Hoc enim in compromisso in plures facto recipitur. Conferunt enim inter se de sententia ferenda: sed in iudiciis nō recipitur: immo legulatores pleriq; contra statuunt ne iudices inter se colloquuntur. Deinde quomodo non erit litigioso s̄nia cum iudex non putat tantum debet quantum patitur. Nam si petitor viginti minas postulabat. Iudicium autem unus decem iudicet: alter quinque: alter quatuor: et hoc modo diuident: et alij in totum condemnabunt: alij in nihil. Quis erit modus sententiarum concordandarum. Preterea nemo petere cogit simpliciter condemnandum vel absoluente si simpliciter petatur. Non enim cum absolvit nihil debere iudicat: sed viginti minas non debere. At ille periret qui cum putat viginti minas non deberi: tamen condemnatur. De eo autem quod inuenientibus aliud commodum ciuitati honores tribuendi sunt: non est entum lege cauere: sed apparentiam solum probabilem habet. Continet enim calumnias et motum forsitan reipubli. Sed incidit hic in aliam questionem et considerationem aliam. Utrum damnosum sit vel utile ciuitatibus leges primas mutare: si sit alta melior. Quapropter non est facile dicto statim assentiri si quidem non conductit mutare. Fieri autem potest ut inducatur aut legum aut reipubli. dissolutio tanquam commune bonum. Sed cum in hanc mentionem incidentimus etiam pauca de eo perstringenda sunt.

## Liber Secundus

Habet enim ut diximus dubitationem: et melsus videri potest ut mutationem recipient. Nam in alijs quidez scientijs hoc pdest: ceu si medicina ab institutis patrijs mutet: et gymnaistica: et alie artes: atqz facultates. Quarum cum una ponenda sit ciuilis disciplina. Patet in ea quoqz eandem rationem esse tenendā. Probare autem hoc dicet aliquis et in ipsis rebus. Antiquas enim leges nimium rudes esse et barbaras. Armati sicutdē incedebat greci. et uxores emebant inulcem: et queculqz vetusta iura alicubi extant penitus rudia sunt: ceu apud Lumas de cede lex est: si accusator: testes inducat ex agnatis propriis: reum esse cedis cōtra quem probatur. Querunt autem non patrium: sed bonum oēs. Putandum est priscos illos homines siue ex terra geniti fuerint siue ex corruptione aliqua seruati seminis fuisse ignaros et imprudentes quod de terra natis dicitur: ut absurdum sit in eorū opinionibus persistere velle. Preterea neqz leges scripte meliores sunt: si sunt immutabiles. Ut enim in alijs artibus: sic etiam circa ciuale constitutionem impossibile est singula ad minimum usqz comprehendere. Necesse est enim ut generaliter scribantur. At illa que aguntur particularia sunt. Ex his ergo videtur et quasdam leges et quandoqz esse mutandas. Alio autem modo considerabit bus cauendum videtur esse. maxime cū utilitatis quidē accessio parua sit. Assuescere vero faciliter leges mutare improbandum. Constat vero errata quedam esse tolerāda: et legislatoriū et magistratum. Non enim tantum proderit qui corrigeret perget: quātum nocebit assuefacto supioribus non parendi. Nendax et de artibus exemplum. Neqz enim simile est mutare artem atqz legē. Nam lex nullaz vim habet quo sibi stetur: nisi ex more. Nos autem non sit nisi temporis longitudine. Quare faciliter mutare leges ex presentibus in altos nouas infirmam facere est vim legis. Preterea si mutande sunt leges vtrum omnes et in omnirepub. vel non: et vtrum a quocumqz aut a quisbusdam. In his enim magna est differentia. Quapropter nunc quidem omittamus cōsiderationem hanc. Nam altorum est temporum.



**C**apitulum Septimum.  
E lacedemoniorum autem repub. et cretensium ferme autem et de alijs duo sunt consideranda. Unum si quid recte vel non recte ad optimam constitutionem in illis sit ordinatum. Aliud si quid ad suppositionē et modum id futurum sit non facile est comprehendere. Nam et penes thessalorum multotiens in ipsis thessalos insurrexerunt. Et flores lacedemoniorum in casibus eorum aduersis nunqz insidiari desiterunt. Veruz apud cretenses nihil ad inuicem bellum gerant: tamen earum nullas rebelles recipiunt

**A**Eq̄ vero popularis ita simpliciter ponenda vt quidaꝝ ponunt vbi multitudo dominatur. Nam & paucorū potentium: & vbiꝝ maior pars preualet. Etenim si essent vniuersi mille trecenti: & horum mille forent opulentii: neq; partem gubernationis darent trecentis illis pauperibus ingenuis: ac ceteris paribus nemo diceret hanc esse popularem. Eodemq; modo. si pauci quidem inopeſ in ciuitate plus possent q̄ multi: & opulentii: nec honores illis impartirent: nemo vtq; diceret hanc esse speciem: que appellatur paucorum potentium. Potius itaq; dicēdum fuerit popularē quidem esse cum penes ingenuos homines est gubernatio: paucorum autem potentium cum penes opulentios. Sed contingit vt alteri multi sint: alteri pauci. Pleriq; enim ingenui sunt: rari vero diuites. Etenim si magistratus honoresq; publice secundum magnitudinem distribuerentur: vt in Ethiopia quidam tradunt fieri: vel secundum pulchritudinem: paucorum esset gubernatio: cum parua sit multitudo ingenuorum & formosorum. Verumtamen non isto modo sat est respū. istas determinasse: sed cum plures sint partes & multitudo paucorum potentium adhuc resumendum est: vt neq; ingenui pauci existentes pluribus: neq; Jonium multitudo ingenuis dominetur vt i Apollonia que est in Jonio & in Thera. In vtraq; enim istarum vrbium honores dignitatesq; erant illouꝝ qui nobilitate prestabant: & qui primi in eas colonias venerant: qui erant pauci. Non autem diutum licet multitudo superaret populus vt in colophone antiquitus. Ibi enim possidebat magna patrimonia multitudo anteq; bellum gererent aduersus Lydos: sed est multitudinis quedam gubernatio quando ingenui hominis & inopeſ multi existentes gubernant rempu. Paucorū vero potentium quando opulentii & nobiliores pauci existentes gubernant. Quod igitur plures sint rerumpu. species: & quibus de causis pater. **Q**uamobrem vero plures sint q̄ ille quas dictum erat: & quenam iste sint: & propter quid: deinceps dicemus: principio vnde prius assumpto. Fatemur enim non vnam partē: sed plures omnem habere ciuitatem. vt igitur si animalis velle

mus species capere: primo segregare: id quod necessarium sit  
 animal omne habere: ceu quedam sensituum: et quod cibum con-  
 ficiat atque receptet: puta os et ventrem: et preterea illas quibus  
 mouentur partes. Si itaque tot species solum: harum vero diffe-  
 rentie forent: dico autem ceu ovis genera plura: et ventris et sensi-  
 tuorum: et preterea earum quibus mouentur partum. Harum  
 contingentes numerus necessario efficeret plura genera anima-  
 lum: non enim fieri potest ut idem animal habeat plures differen-  
 tias ovis: sic etiam neque aurum. Itaque quando suscepimus oves com-  
 binaciones istorum facient species animalium: et tot quidem species  
 quot coniugationes sunt partium necessariarum. Eodem modo de re-  
 bus quae ciuitates emi non ex una: sed ex multis partibus constat  
 ut sepius dictum est. Una quedam pars est circa alimenta mul-  
 titudo quos agricultores dicimus. Altera vero pars circa mini-  
 steria ceu artifices sine quibus ciuitas habitari non potest. Ha-  
 rum vero artium: aliae sunt necessarie: aliae ad delitias pertinent: et  
 ad vite cultum. Tertia pars est forensis multitudo que circa  
 emendum vendendumque: et circa mercaturam: et nummulariam  
 versatur. Quarta pars mercennarij. Quinta propulsato-  
 res belli: que quidem pars non minus necessaria est ciuitati quam  
 aliqua superior: si velint tueri libertatem. Impossible est enim ut  
 que ciuitas vocari mercatur sit natura serua. Per se enim suffi-  
 ciens ciuitas. Seruus autem non per se sufficiens est. Quapro-  
 pter in libris de repub. ornatae quidem hoc: sed non sufficienter di-  
 ctum est a Socrate: Inquit enim ex quatuor maxime necessariis Ex quaor  
 ciuitatem constare. Hos autem esse textorem: Agricultoram: Ovis necessa-  
 rium: Edificatorem. Bursus vero adiungit quasi illa non suffi-  
 cient. Fabrum: ferrarium et pastorem: et in super negotiatorem: et  
 nummularium: et hec omnia compleant primum ciuitatem. quasi ve-  
 ro ciuitas omnis necessariorum gratia sit constituta: ac non ma-  
 gis gratia honesti: et quasi eque indigeat ciuium et agricultoris.  
 Propulsatores autem belli non primam facit partem: antequam au-  
 tra regione ac vicinis coactis ad bellum deueniatur. Atqui et in  
 quatuor illis et in quocunque communicantibus necessarium est  
 esse aliquem qui ius dicat ac decernat. Siquidem ergo animam  
 quis ponat animalis esse partem magis quam corpus et ciuitatum  
 magis talia ponendum est esse partem quam ea que pertinent ad  
 necessarium usum: propulsatores belli. videlicet iusticie iudicia-  
 rie exhibtores: ac preterea consultores: quod est ciuilis prudens-  
 tie opus. Et hoc siue separatim existat quibusdam siue eisdem/  
 nihil refert ad hunc sermonem. Nam et in armis esse et agros co-  
 lere sepe contingit eisdem. Quare si hec et alia ponenda sunt ciui-  
 tatis esse partes manifestuz est: quod et propulsatores bellipes nec-  
 essario sunt ciuitatis. Septima pars est ipsorum qui magna pa- f

## Liber Quartus

erimonia habētes reipu.onera sustinent quos opulentos vocamus. Octaua eorū qui publicā operā exhibent: et qui in magistratibus gerendis occupati existunt. Civitas enim absq; magistratibus esse non potest. Necesariū igitur est esse quosdā qui magistratus gerere valeant: et hoc minus sussire in ciuitate: vel perpetuo: vel ad tempus. Reliqua vero sunt illa de quibus supra determinauimus in consulendo: et ius litigantibus reddendo versari. Si igitur hec cītitatibus adesse oportet recte q; fieri et iuste: necessarium est esse aliquos qui virtutem habeant rerum ciuitatum. Ceteras ergo potentias eisdem adesse posse videntur pluribus: ceu eisdem esse propulsatores bellū et agricolā et artifices. Et preterea consultores et iudicantes. Arrogant quoq; si bi virtutem cuncti: et multifariam se idoneos existimant ad gubernandum. Verum pauperes ac diuites eisdem esse impossibile est. Quapropter he partes precipue ridetur esse ciuitatis: mopes. s. et opulentī. Et preterea ex eo q; ut plurimū alijs pauci sunt: alii multis maxime omnium contrarie inter se partes iste apparent. Itaq; tres p. s. m earum preualentiam constituerūt ac due videntur. s. popularis et paucorum potentia. Quod igitur sint plures et ob quas causas dictum est prius. Quod vero et popularis ipsius species sint plures et paucorum potentium ostendit.

Que sunt demus. Datet autem hoc ex his que dicta sunt: nam et in plebe et plebispe in nobilitate plura sunt hominum genera. Plebis quidē vna cies.

**S**pecies agricole: alia artifices: alia negotiatores: qui emendis vendendisq; rebus intendunt: alii circa rem maritimam: et horū alii bellatores: alii mercatores: alii naute: alii pescatores: multis enim locis horū omnium turba ingens: ut pescatores Tarenti et Bizanti: naualis multitudo Athenis: mercatores in Egina et Chio: portatores in Tenedo: in luper manuales et paruas facultates habentes qui ociosi esse non possunt. Preterea qui non ex vtroq; parente clue sunt orti: liberi tamen homines et liqua huiusmodi plebetorum hominum species altera. Nobilitas vero diuitie: genus: virtus: disciplina: et his similia: que dicuntur s. m ean dem differentiam: popularis igitur prima species dicitur maxime s. m equalitatem. Vult enim lex huiusmodi popularitatis par es esse diuites et pauperes nec alteros plus posse: alteros min: sed vtroq; esse equales. si quidem maxime libertas est in populari statu ut putant quidam et equalitas certe esset maxime pariter omnibus reipu. participantibus. Cum vero populus sit multitudine: et id obtineat quod pluribus videatur: necesse est ut sit popularis gubernatio. Una igitur species popularis est hec. Alia vero species: ut magistratus honoresq; in repu. secundū censum patrimoniorum et eu quidem partium tribuantur: ita ut qui tanta possidet habili sit ad honores recipi. suscipiendo

qui vero non possidet sit inhabilis. **A**lla spēs popularis est: omnibus omnino ciubus habilitas sit modo non sint aliqua ex tā obnoxī: dominetur autem lex. **A**lla spēs popularis est: ut oēs omnino habiles sint ad magistratus gerendos modo sint ci ues et dñetur lex. **A**lia spēs eo dēq modo nisi q̄ nō lex domina tur sed multitudo. **H**oc aut̄ fit q̄n̄ populi decreta preualent legi bus. **E**ccidit vero ob prepotentes quosdam qui populū ducunt. Nam in his rebus p̄ in quibus dñatur lex: prepotens aliquis nō fit q̄ populū ducat: s̄ optimi ciuium rēpub. gubernant. At vbi le ges nō dominantur: ibi ductores populi oriuntur. Solus enī po pulus regit cōpositus vnu ex pluribus. **M**ultitudo enim dñan di auctoritatē h̄z nō vt singuli s̄ vtoēs. **H**omerus aut̄ cū dicit nō esse bonum vt plures regat. vtrū de hac dicit vel de illa cum plu res gubernant vt singuli: incertū est. **T**alis ergo populus vt po te absolutam potestatem habens dñari solus querit nec vllilegi subesse: efficiturq̄ dominator. Itaq̄ assentatores eius in precio habentur: et est homini ppls in gubernatione sua tyranno per simillis. **I**dēm nempe mores et vtrobiq̄ meliores deprimuntur: et decreta huius populi perinde sunt vt tyrāni precepta. **D**uctores suasoresq̄ huiusmodi populi sunt velut adulatores illi qui circa tyrānos versantur: et maxime vtrisq̄ apud vtrisq̄ po tentia est: adulatoribus inquam penes tyrannum: ac ductoribus suis oribusq̄ populi apud ipsum populum. **H**actores sunt vt de cretum populi leges infringant: et ad voluntatem populi cuncta referantur. **C**ontingit autem illis fieri potentes ex eo: quia popu lus dominatur omnium: ipsi autem voluntatem populi maxime dicunt: quoniam fides a populo eis adhibetur. **P**rieterea qui de magistratis conqueruntur ad iudicium populi negotia refe runt: populus autem gratanter audit eorum priuationes: per hunc modum magistratus irritantur omnes. **N**erito autem re prehendere videntur aut dicunt huiusmodi popularem non esse p̄ legitimā respū. speciē. **U**bi enī leges dñari nō p̄ualēt nō est respū. **U**bileges nā lex dominari oībus dz in pticularibus aut̄ magistratū et poli nō dñant n̄ tā vel populū puidere. Itaq̄ si est popularis vna spēcierū recip̄. est respū. clarū est q̄ talis gubernatio in q̄ decretis cūcta efficiūtur nō est p̄ p̄ie popularis. Nullū enī decretū recipit esse vniuersalē. **D**e po pularis igitur spēbus in hunc modū determinatum sit.

**C**de spēbus paucorū potentie: et permixtis perturbationibus.

Capitulum quintum.

**V**lucorū vero gubernationis spēs vna est in q̄ magnū habentes censum ad gubernationē repub. recipiuntur: atq̄ ita magnum et tenues homines ad eum peruenire non possint. Is vero qui tanta possidet ha bilis fit ad rem p̄. gerēdā. **A**lla spēs est cū a p̄o

# Liber Quartus

cessu est fungēdi magistratus habilitas: et eligit ipsi eos quibus desit. Si igitur ex oībus hoc faciūt vī hoc esse potius optimatū. Sin vero ex pūo nūero paucorū potētie. **C**alia spēs est: cū fili⁹ patri succedit. **Q**uarta spēs: cū hoc sit qđ mō diximus vt lex nō dñetur: s̄ illi q̄ regūt: et hec spēs in paucorū gubernatione: vt est tyrānus in monarchia: et vt est in populari statu ultima illa species: de qua diximus: et vocant huiusmodi speciem paucorū potētiā. Gubernationis igitur paucorum he species sunt. Nec latere nos dī q̄ multis locis accidit rēpu. que secundum leges non sit popularis: more tamen et gestione populariter gubernari. Si militer autem econuerso apud alios cōtingit rēpu. secundū leges esse popularē: moribus tñ et gestione ad paucorum gubernationem magis referri. Contingit autem hic maxime post mutatiōnem rēpu. non enim statim mutantur: sed contenti sunt ab initio homines parua accessione potentie. Itaq̄ leges quidem manet ut prius erant: preualent tamen qui rempu. mutauerunt.

**D**e speciebus popularis et paucorum potentie et causis earū.

## Capitulum sextum.

**O**nd aūt tot sint popularis et paucorum gubernationis species: ex his patet. Necessitate est enim aut omnes partes populi quae supra enūmerauimus rēpu. gubernationem habere: aut quasdam habere: quasdaꝝ non habere. Cum igitur et agricole et mediocria possidentes rēpu. gubernant: secundum leges est gubernatio. Vt si enim ex opera sua querere hñt: nec ociosi esse pñt: itaꝝ lege cōstuta solūmodo necessariis cōcionibus intēdūt. Aliis aut recipi ad rēpu. Iz cū tanta possidebūt quāta determinat lex. Ocio enim nō licere oībus: paucorū potētie est. Ociari autē eū q̄ nō redditus habeat: impossibile. **H**ec igitur est vna spēs popularis gubernationis. **A**ltera vero spēs est oībus licere q̄ prohibiti non sint per genus potentibus tñ in eo octo esse: quapp in hmōi qđē populari leges p̄ualēt et gubernat: q̄ redditus nō est. **C**ertia species est oībus oīno licere rēpu. gerere q̄ liberi sint: nō tñ licere ob supradictā cām. Durare necessariū est in hac quoq̄ legem dominari. **Q**uarta vero spēs est illa q̄ posteris t̄pibus in ciuitatib⁹ esse cepit. Majoribus enim factis ciuitatibus q̄ ab initio fuerant: et redditibus faciliter abundantibus participat oēs respu. propter multitudinis preualentiam. Versanturq; in repu. gubernanda (ex eo q̄ possunt ociosi esse) etiam in opes mercedem capientes: maximeq; huiusmodi multitudo ociosa est. Non enim cura rei familiaris pprie eos impedit q̄ diuites itaꝝ occupat vt sepe a cōcionibus absint et a iudicis. Ex quo fit vt multitudo pauperum dominetur in rep. non autem leges. Species igitur popularis gubernationis tot actales sunt ob necessitates supradictas. Paucorum

Paucorū autē gubernationis p̄ma sp̄es est q̄ si plures h̄at patr̄monia: s̄z nō admodū ampla. Faciunt enim p̄tātem participādī ei q̄ tāta possidet: et p̄g multitudinē eoz qui ad rēpu. recipiunt. Necesse est non hoīem s̄z legē dñari. Quanto enī magis distat a monarchia neq̄ tam amplas habēt facultates vt eas negligēdo ociari valeāt: neq̄ ita exiguae vt a ciuitate victū querāt. Necesse est vt legem velint dñari: non autē ipsos. Quod si pauciores sint q̄ possidēt patrimonia: siq̄dē plura q̄z pu? sc̄da sp̄es fit gubernationis paucorū. Magis enī potētes plus habēdi se dignos putant. Quapropter ipsi sumunt ex alijs qui ad rempu. se cōferant. Preterea. q̄ nondum ita robusti sunt vt absq; lege gubernari possint: legē hmōi posuere. Quod si eo deueniant vt ip̄z C si pauciores numero maiores facultates habeant: tertia cumula tio fit gubernationis paucorum. Ipsi enim per se magistratus et imperia retinent secundum legem iubentem: vt parentum defunctorum loco: filii succedant. Quod si magis etiā subnixi sint optimis et amicitijs: prope est talis potentia ad monarchiam: et dominantur hoīes: nō autem lex: et est hec quarta species gubernationis paucorum: correspondens vltime specie popularis.

### De diuisione Platonis: et spēb⁹ optimatū. Cap. septimum.

 Ant insuper duo alia genera rerumpu. p̄ter eas in q̄bus aut multitudo aut pauci gubernant: quarū alteram aiunt omnes sp̄em eē vñā ex quatuor. Dicūt autē eas quatuor. Monarchia. Paucorū gubernatio nē. Popularē: et Optimatē. Est et quinta quā cōmu nti noīe oīum appellat̄ rēpu. s̄z q̄ nō sepe fit: latet nūerare volē A tes: et ita suscipiūt quasi sint quatuor solum: vt Plato in libris de Respu. repu. facit. Optimatem igitur se recte habet appellare illam: de qua tractauimus in primis libris. Que enim ab optimis virtus simpliciter per virtutem est gubernatio reipub. et non ad suppositionem quandam bonorum virorum: eam solum iustum est optimatē appellari. In sola enim ista simpliciter idem est vir bon⁹ et ciuij. In alijs autem boni sunt ad speciem gubernandi suam. Sunt tamen quedam que differentiam habent a paucorum gubernatione (et appellant̄ optimates) et ab ea que vocatur respub. vbi non solum respectu diuiliarum: sed etiam respectu virtutis ad gubernationem reipu. sumuntur. Hec respu. differt ab illis: et naturam optimatis sapere videtur. Nam in his ciuitatibus que non faciūt publice curam virtutis: sunt tsi quidam p̄stantiores qui vñr esse boni viri. Abi ergo respu. respicit ad diuicias et ad virtutem et ad populum: vt est apud Carthaginenses: ea naturā optimatū sape vñr: et vbi ad duo illorum solum ut Lacedemoniorum ad virtutem: et ad populum: et est hec mixtura popularis ac virtutis. Optimatum igitur post illam p̄līam optimam reipu. Brist. lib. politicoꝝ A A

# Liber Quartus

gubernādi formam: he due species sunt: et tertia quæcūq; illius q; appellatur respu: inclinant ad paucorum gubernationem.  
De censu potestate: de legibus bonis: finibus optimatis: popularis: et paucori potentie.

Lap. octauum.

**E**liquū estv de ea que appellaſt respu. dicamus: et de tyrannide. Ordinavimus autem ipsam noscum p̄us non esset: neq; hec transgressio: neq; ille de quibus modo diximus optimates: quia reuera omnes aberrata rectissima gubernandi forma. postmodum cum istis numerantur: et sunt harum transgressiones et labes: vt in superioribus circa p̄ncipiū dicim⁹. Merito autē postremo loco tyra- nide reseruauimus. propterea quod ista minime est respu. Noſ ſtra vero materia eſt de repu. tractare. Qua igitur de cauſa ſic ordinauimus: dictum eſt. Nunc autē eſt a nobis de illa que com- muni noſe appellaſt respu. oſtendendo. Nā clarius eius viſ apperit post determinationē eorum que ad paucorū gubernationē: et respu. ad popularē ſpectabāt. Eſt enim respu. (vt ſimpli dicamus) mi- tura paucorum gubernationis: ac popularis. Consueuerunt au- tem eās que inclinant ad popularē vocare respub. eas vero q; ad paucorum gubernationem vocare optimates: ex eo quā opu- lentiōibus: doctrina atq; nobilitas magis adesse consueuerāt.

**A**bit post determinationē eorum que ad paucorū gubernationē: et respu. ad popularē ſpectabāt. Eſt enim respu. (vt ſimpli dicamus) mi- tura paucorum gubernationis: ac popularis. Consueuerunt au- tem eās que inclinant ad popularē vocare respub. eas vero q; ad paucorum gubernationem vocare optimates: ex eo quā opu- lentiōibus: doctrina atq; nobilitas magis adesse consueuerāt.

**B** Preterea qui diuitias habent ea videntur habere: propter que ceteri iniurias faciūt: vnde et honestos et bonos et nobiles: iſtos appellant. Cum ergo optimatum gubernatio velit excellentiam tribuere optimis ciuibus: et paucorū gubernationem eſſe dicāt ex bonis et honestis: magis videntur imposſibile: que ciuitas non ab improbris: ſed ab optimis gubernetur: ea non bene gubernari eodemq; modo que leges non habeat bonas gubernari ab optimis. Habere autem leges bonas non id eſt ſi recte ſint poſi- te: nec eis pareatur. Itaq; vna recta legum institutio putanda eſt legibus varere: altera vt recte ſint leges poſite quibus pare- re oportet. Fieri enim potest vt pareant ciues male poſitis legib⁹. Id autem duplū accidit: aut enim optimis q̄tum dat iſpis: aut ſimpliſciter optimis. Videntur autē optimati eſſe maxime honores tribuere ſecondum virtutem. Finis enim optimatum virtus. Paucorum vero gubernationis diuitie. Popularis autem liber- tas. Quod autem pluribus videntur cōe eſt oīm. nam in paucorū et multitudinis gubernatione: et in optimorum: quod videntur ma-ior parti eorum qui in repu. versantur īc obtinet. In plerisq; igitur ciuitibus hec species gubernandi respub. vocatur. Sola. n. mitio coniecturam facit opulentorum et inopum: diuitiarum et libertatis. Fere enim apud plurimos illi qui diuitijs pollent bo- norum et honestorum locum obtinere videntur. Cum vero tria ſint que circa equalitatez reip̄, contendant: libertas: diuitie: vir-

tus:nam quartū illud q̄ appellat nobilitas duob⁹ ēst. Nobilitas.n. est antiq̄ diuitie: et irtus manifestū est q̄ duorū mixtura Nobilitas ēst ētatis diuitiū et pauperū respu. appellanda. Triū vero optimatū guber natio maxime aliarū preter illam verā et primā. Quod igit̄ sint q̄ diuitiez alie resp. p̄ter monarchiā et p̄plare: et paucorū potentū dictū est: et quales iste: et in quo differāt inter se: et optimatum gubernatio et alie species que ad optimates declinant: et quomodo non longe distant inter se manifestum est.

**D**e cōmixtiōe: et modis commixtiōis reip. Cap. nonum.

**P**uomo dūt fiat p̄ter popularē et paucorū potentia illa q̄ appellat respu. et quo in ordine reponēda sit. deinceps dicem⁹. Et simul appebit: q̄bus diffiniāt popularē et paucorū gubernationem. Sumenda est enim horum distinc̄cio. Postea ex his ab utraq̄ tanq̄ regulam sumentes compara re oportet. Sunt autem diffinitiones tres compositionis ac mixture: aut enim ambo sumenda: quorum utraq̄ leges ponunt: ceu circa iudicia. In paucorum enim potentia diuitibus penam constituant nisi iudicando assint: pauperibus vero mercedem nullā. In popularibus autem pauperibus mercedem. Diuitibus autē penam nullam. Commune ac medium istorum ambo hec. Itaq̄ et ciuale: mixtum est enim ex ambobus. Unus igitur modus hic est combinationis. Alius autem medium capere eorum que ab utrisq̄ iubentur: ceu concionarij: hic quidem a nullo censu vel ex uno penitus: hec vero a magno censu: commune certe neutrū: s̄z medium utriusq̄ census. Tertius vero ex duobus iussis. Hoc q̄dem ex populari lege. Illud autem ex paucorum gubernatione. Dico autem tale aliquid videtur popularis quidez magistratus sortiri: paucorum autem gubernationis eligere: et popularis non ex censu tribuere: paucorum autem ex censu. Optimatum igitur ac ciuale ab utraq̄ utrumq̄ accipere: ex paucorum quidem gubernatione electuos facere magistratus: ex populari autem sumere non per censem. Hodus igitur admiscendi talis. Bene autem admiscuisse popularē: et paucorum gubernationem finis est quando eadē respub. dici potest popularis et paucorum gubernatio. Pater enim hoc accidere dicentibus eas bene esse committas. Accidit hoc etiam medio. Conspicitur nāq̄ in eo utrumq̄ extremonum quod contingit lacedemoniorum respu. sunt enim permulti qui aggredituntur dicere eam esse popularē: propterea q̄ populariter complura in illa sunt constituta: ceu p̄mum circa educationem puerorum. Pari modo diuitiū filii educantur: et pauperum. et erudiuntur per eum modum per quem valeant pauperum filii eruditiri: similiterq̄ in sequenti etate cum viri facti sunt. In illo non magis conspicuus diues quā pauper. Libi quoq̄ idem utrisq̄ in commissariis; vestitus B.B.2

## Liber Quartus

**C**etiam tali dñites vtuntur qualem et pauperum quis habere potest. Preterea duorum maximorum magistratum alterum eligit populus: alterum gerit. senatores enim per populum eliguntur: ephori autem ex popularibus constituantur. Alij vero dicunt esse illam paucorum gubernationem: qm̄ multa habeat: q̄ paucorum potentiam afferūt: ceu omnes dignitates per electionem conferri: per sortem vero nullam: et insuper apud paucos potestem esse necandi: et in exilium pellendi: ac cetera huiusmodi pm̄ta. Oportet enim in repub. bene temperata vtrumq; videri necē: et neutrum. Et conseruari per seipsum non aliunde: et per seipm̄ non per altos multos extraneos qui velint: nam et prae reipu. hoc potest contingere: sed nec velle quidem gubernationem alteram: quoquomodo partium ciuitatis omnino. Quemadmodū igitur oporteat rempub. constituere: et similiter illas que appellantur optimates: dictum est.

**D**e tyrannide et modis tyrannidis.

Lap. decimnm.

**E**stat nunc ut de tyrannide dicam: nō q̄ multis verbis indigeat: s̄z ut habeat in hoc tractatu locū suū. Quādoquidē hanc quoq; possum⁹ partē ēē aliquā publice gubernationis. De regno igit̄ determinauim⁹ in superiorib⁹ libris. Vbi tractatus est a nobis nūd regis gubernatio vtilis foret ciuitatibus: an inutilis: et quam et vñ constituere op̄z: et quō. Tyrannidis vero spēs duas ibidez di-

**A**stinximus. Propterera quod eadem potentia quodammodo alteratur ad regiam gubernationem: ex eo quia ambe potestates iste sunt secundum leges: nam et apud barbarorum quosdam eliguntur aliqui ad gubernandum soli: cum absoluta omnimo daq; potestate: et apud grecos eodem modo quidem eligebantur qui soli gubernarent quos vocabant esymnetes. habebant vero hec inter se differentias quasdam. Erant enim regie et eo: q; secunduz leges: et ex eo: quia volentibus imperabant. Tyrannice autē eo quia pro arbitrio dominationem exercebant. Tertia species tyrannidis que maxime proprie videtur id nomen habere opposita est regie potestati absolute. Nam necesse est tyrannidem illam que nullis sublaceat legibus: et dominetur per vim ac respiciat ad propriam vtilitatem: non ad vtilitatem subditorum. Quapp; inuoluntaria est cū nemo liber sponte sua ferat huiusmodi servitutem. Species igitur tyrannidis tot et tales sunt.

**D**e optima republica: partibus ciuitatis: mediocritate excessu atq; defectu.

Lap. vndecimum.

**A**ce vero sit optima respu. et que vita optima pluribus ciuitatibus et hoib⁹: neq; per virtutem ludicant: que supra vulgaris emergat: neq; p doctrinā que ingenio indiget et adiumentis externis: neq; per gubernationem que ad

votum fiat. sed vitam eam probant quam plurimi consequi possint: et gubernationem eam quam plurime ciuitates valeant recipere. Nam quas vocant optimates de quibus modo diximus partim exterius cadunt plurimis ciuitatibus: partim appropinquant illi que resp. vocatur. Quā obre de ambab⁹ tāq̄ vna sit dicēdū est. Judicū aut de oībus istis ex cīsdē principiis est: si recte dictum fuit in ethicis vitā beatā ēē hī virtutē nō impeditā. Virtutem aut ipsam ēē mediocritatē: necesse est mediū ēē vitā optimā eius (quam singuli adipisci valeat) mediocritatis: et has omnes dissimilitudines necesse est ēē circa ciuitatis virtutē: et viciū et rempu. Est enī resp. vita qdā ciuitatis. In cūctis autem ciuitatibus partes sunt tres. Nam alijs diuinitis excellunt. Alij paup-  
tate nimia dep̄muntur. Alij sunt inter hos medijs. Cum igitur confessissimus mediocritatem et medium esse optimum palamque bonorum fortune mediocris possessio est optima omnium existit manda. Hec enim factis est ad obedientiam mandatorum. At enim si modum excedant in alterutram partem: ceu si fortuna: si viribus: si nobilitate generis: si diuinitijs: vel hiscōtrariis: ceu paupertate nimia: si imbecillitate egregia: si igominia multa: diffici le est ut rationi obediant. Fiant enim istorum alti superbi et delinquentes aperte in rebus magnis. alijs occulte prauis: et in rebus exiguis fraudatores. Iniurie vero inferuntur quandoq; per contumeliam: quandoq; per dolum. Insuper hi minime circa gubernationem reipu. afficiuntur: minieḡ consulunt. Hec autē vtraq; damnosa sunt ciuitatibus. Preterea qui bonis fortune superabū dant: ceu opibus: diuinitijs: amicis: et alijs huiusmodi: nec imprium cuiusq; pati volunt: neq; scilunt: et hoc statim domi eorum natis existit: propter delitias enim ne in scolis quidem preceptorisbus obediere consueuerunt. Qui autem eorum sunt in indigenita nimia constituti: detecto nimium animo: vilesq; existunt. Ex quo sit ut hi magistratum gerere nesciant: sed ad parendum serviliter sint apti. Alij vero sibi imperari nullo modo patiantur: s; ipsi alijs tanq; domini volunt imperare. Efficitur ergo seruorū et dominorum ciuitas: non autem liberorum et aliorum inuidentium: aliorum spernentium: quod plurimum abest ab amicitia et ciuii societate. Nam societas amicabile quiddam est: cum inimici enim ne in via quidem communicare volunt homines. Vult quidem ciuitas ex paribus ac sib⁹ esse. Hoc autē marie existit medis. Itaq; necessario fit ut hīci ciuitas optic gubernetur: ex qd⁹ dixim⁹ nā cōstare ciuitatē. Conseruant quoq; in ciuitatib⁹ isti marie ceterorū ciuiis. Necq; n. aliēa cupiscunt faciūt paupes. Neq; eoz bona cupiunt ab alijs ut accidit diuitib⁹: et qz neq; insidiānt alijs: neq; alijs ipsis: sine pīculo degūt. Quāpp bene optant phocylides multa mediocrib⁹: optimis mediocria esse volēs

B  
Respubl.

C

D

## Liber Quartus

In ciuitate. Patet igitur q̄ ciuitis societas optima est: que per mediocres sit: easq; ciuitates recipere vt optime gubernentur: in quibus mediocres plurimi sunt: ac plus possunt: maxime qđem ambabus: vel saltem altera parte. Hec n. addita preualere facit & p̄hibet p̄trarios excessus fieri. Quapropter valde optādū est vt hi qui in rep. versantur facultates habeant mediocres: ac sufficientes. Nam vbi alijs nimis multa possident: alijs nihil: vel plebs insima insurgit: vel paucorū potentia illa extrema: vel tyrānus ppter vtrūq; excessum. Ex populari. n. statu nūmīum supbo: & ex paucorum potentia ad tyrannidē decuenitur. Ex mediocribus aut ac p̄pe parib; multominus: cuius rei causam postea vbi de mutationib; tractabitur: dicem? Qd autem media sit optima man-

**Seditio.** festum est. Sola. n. seditionib; caret. Abi em̄ pmultum est mediocre minimum seditiones & discordie ciuitū innascuntur: magneq; ciuitates ob hanc ipsam causam min⁹ seditionibus subiacent: qđ magna in his est mediocrium hoīum multitudo. Paruas autem ciuitates facile est in duas ptes diuidi omnes: ita vt nihil mediū relinquitur: & fere cuncti: vel inopes sunt vel opulentii. Pulares quoq; gubernationes tutiores sunt & diuturniores: qđ paucorū potentie ppter medios. Plures esū sunt & magis honoris pticipant in populari gubernatione: qđ in paucorum. Itaq; qđ sine his multitudo inops plus pōt male res se habet: ac cito peunt. Signū vero hui⁹ putandū est q̄ qui optime leges cōdiderūt ex mediocribus ciubus fuere: nā & Solon hmoī fuit vt appet ex et⁹ carmi nib⁹: & Lycurgus (nō. n. erat rex) & Charondas: & plurimi aliorū. Patet autem ex his: & quia plurime respub. aut populares sunt: aut paucorū gubernationes. Qd. n. in his frequēter pauci sunt mdi⁹: semper qui p̄ualent (sive hi sint qui facultates habet: sive populares q̄ mediū transcedunt) p̄ seipso gubernationē agunt. Itaq; aut multitudo populi insurgit: aut paucorū potentia. Preterea ex eo: qđ seditiones fiunt & pugne inter multitudinē & opulentos quibuscunq; vincere p̄tingit: hi neq; cōem amplius habet rempu. neq; equalem: sed quasi victorie p̄mituz reportant rempu. obtinere: & alteri popularē statum: alteri paucorū potentia faciūt. Preterea qui p̄ncipatum grecie habuerunt: hi ad p̄priā respicētes rēpu. aut popularē statuz in ciuitatibus p̄stituerunt: aut paucorum gubernationē: nō ad ciuitatum illarū cōmoda respicētes sed ad sua: atq; ita p̄ istas causas effectus est: vt vel nunq; mediocrum illa gubernatio extiterit: vel ad modum raro. Unus em̄ vir consensit solus ex his qui antiquitus in p̄ncipatum fuere: hunc gubernandi modum constituere. Jamq; in ciuitatibus consuetudo obtinuit: non velle equale: sed aut impare querere: aut victos obedire. Que igr̄ optima sit resp. & quā ob cām ex his ptz. De alijs autem: cum plures populares & plures paucorum gubernan-

tiones esse diximus: que prima ponēda sit, et quā scđa: et quā deliceps  
quā portioz sit: aut deterior: determinata optimata: non erit difficult  
le intueri. Necesse est em̄ esse meliore que proxime hūc accedit: de  
teriorem vero quā p̄lm distat a medio: nisi ad suppōnē quis iudicet  
Dico aut̄ ad suppōnem: quā multotēs alia reipu. forma eligibilio  
ri existente nihil vetat: aliā q̄busdā magis vtilem esse.

**C**on de multitudine popularitatē apta et de fallaci et fucaria diut  
tum bonitate.

## Capitulū Duodecimū.

**C**ontra aūt resp. quib⁹: et qualis qualib⁹ cōferat: p̄ns est  
tractare: sed capiendū p̄l⁹ est v̄l̄ de cunctis. Op̄z em̄  
ptem illam ciuitatis quā rēpu. stare vult potētiorē esse:  
q̄ illa p̄s quā non vult rempu. manere. Est aut̄ oīs ciui  
tas ex quali et quanto. Dico aut̄ quale ceu libertatez  
diuitias: disciplinam: nobilitatem. Quantū vero ceu multitudi  
nem populi prevalentē. Fieri aut̄ pōt ut quale existat vni ciuita  
tis parti: alteri vero quantum ceu maiore esse numerum ignob  
ilium q̄ nobiliū: et paucorū pauperū q̄ diuitū. Neq; tñ tm̄ supera  
re q̄titate: q̄tū superari qualitate: pp hoc adiuicem cōferenda  
sunt. Abi ergo superat pauperū multitudo: eam quā dixim⁹ pro  
portionē h̄c p̄plaris gubernatio exoritur: ac sp̄s siugne p̄plar⁹  
statu s̄m multitudinis exuperantiam: ceu si agricolarum multi  
tudo plus possit. prima sp̄s. Si multitudo mechanicoru ac mer  
cenarioū: vltima sp̄s: et sic de alijs que sunt harū medie. Abi au  
ea p̄s in qua sunt opulentii et nobiles magis supat qualitate q̄  
deficiat quantitate: hic paucorum potentia gubernatioz exorit:  
ac eodem mō singule sp̄s huius s̄m exuperantiaz istiusmodi ho  
minū. **C**on debet aut̄ qui legem ponit in repub. sup ad medios re  
spicere. Siue em̄ ad paucorū gubernationez diligantur leges de  
mediis est conjectandū: siue ad pp̄larem statu et ad medias q̄qz  
leges respicere dīt. Abi em̄ mediocrum superat multitudo: vel  
vtrumq; extrellum: vel alterum tm̄: hic resp. recipit stabilitatem.  
Non enim est metus ne q̄nqz diuites cū pauperibus conspirent  
contra mediocres. Nunq; em̄ alteri seruire alteris vellent. Q̄d  
si communiorē aliquā querunt nullam aliam q̄ istam reperiēt  
nam p̄ vices gubernare non paterentur pp̄ dissidentiam q̄ inter  
eos existit. In cunctis vero locis arbiter est fidelissimus: arbiter  
aut̄ medius: quantoq; melior est gubernatio temporata: itā du  
rabilior. Aberrant etiam pleriq; illorum qui optimates reip. gu  
bernaciones efficere volunt. non solū in tribuendo nimū diuiti  
bus: verisimiliter in excludendo plebez. Necesse est em̄ procedente  
tempore ex fallis bonis verum malum cuenire. Diutrum enim  
cupiditates plus habendi magis destruunt rempub. q̄ que mul  
tidinis.

# Liber Quartus

**D**e vafris legibus paucorū potētiorēz populariū mō de cōstēpēz rāmento gubernatorib⁹ antiquitate regie gubernationis.

## Capitulum Decimum tertium.



**I**nt auzē illa circa q̄ simulant ac fallaciter preterunt ad ppklm quinq̄ numero: Concio: Registratus: Iudicia: Armatura: Exercitatio. Circa concionem quidem licere oībus adesse: sed pena opposita diuitib⁹ si nō assintyl solis vel maiorem q̄ multitudini. Circa magistratus aut̄ nō lice re his q̄ censum hñt magnū renunciare magistrati: pauperib⁹ aut̄ licere. Circa iudicia vero penā esse diuitib⁹ nisi iudicent: pauperib⁹ aut̄ impunitatem: aut̄ illis magnā: his puam penā: vt est in Charonde legibus. Quibusdā vero locis oībus h̄z descriptis in cōcionib⁹ iudicisq̄ adesse: q̄ si descripti sint z nō exerceant: in pe nas incident p̄magnas: vt metu pene vitent descriptionē: z per

**A**dēm mō circa arma possidenda z circa gymnasia legibus statuūt. Pauperibus em̄ licet nō habere arma. diuitib⁹ aut̄ pena cōstituta est nisi habeant. Et si gymnasio se nō exerceat pauperes nul la pena est. Diuitib⁹ aut̄ est pena vt ali⁹ metu pene se exercere cōpellantur: ali⁹ (q̄ nullaz formidant penā) non faciant. Hec igitur paucorū potentie sunt machinamēta. In populari autē statu cōtrahēc alia excogitant. Pauperibus em̄ salario statuūt cōclonatibus. Diuitib⁹ aut̄ nullā penā imponūt. Itaq̄ manifestum est si quis velit iuste hec tēperare: q̄ op̄ vtrinq̄ assumere: z illis q̄dez fallaria constituere: his aut̄ penā. Sic em̄ oēs cōicarent. Nam il-

**B**lo qđē mō respub. fit alteroz solū. Op̄z quidez rempu. esse ex his solum qui arma possident. Census aut̄ magnitudo diffinitissim pliciter non pōt: sed considerata qualitate adiūgatur largissimas vt q̄ pticipat repu. sint plure sq̄ hi q̄ nō pticipat hunc instituere. Volunt em̄ pauperes z honoriū expertes quietē agere: si neq̄ cōtumella eos quis afficiat: neq̄ bona illis auferat. Sed hoc nō facile: non semper cōtingit vt qui rēpub. gubernāt sint mites: z hu mani: cōsueuerunt aut̄ quoties bellū est grauter ferre nisi fusc plant alimenta. Nam sunt egenti: z si quis alimenta porrigat cu piunt bellū. Apud quosdā gubernatio rēpubl. existit non in his solū qui ad armaturā sunt habiles: sed in his qui exercebant ar ma. in Halienib⁹ quidem gubernatio rēpubl. erat in istis z ma gistratū creabant ex his qui militabant. Primaq̄ respub. apud grecos cōstituta est ex his qui bellum gerebant: ab initio qđem ex equitibus: nam robur belli tunc in equitibus habebat. pedita tus enim nisi ordo ac disciplina assit inutillis est. h̄mōi autem d̄sciplina z ordo antiquis illis rēpubibus nondum erat: ex quo fiebat vt in equitatu robur belli haberetur. Sed auctis ciuitatib⁹ que in armis potentiam habebat plures ad communione rēpubl.

recepti sunt: ex quo factum est ut quas nunc respu. vocamus: tunc popularis status diceretur. Fuerat enim antiqua ciuitatum gubernatio rōnabiliter paucorum et regia: ppter paucitatem em̄ ho- minū nō erat magn⁹ numerus mediocris. Itaq; pauci cū essent multitudine et institutione magis ferebant ab alijs gubernari.

**C**quam igitur ob causam plures sunt rerūpub. forme: et quam obrem preter alias que debentur. neq; popularis gubernationis vna est spēs. nam altarum similiter: ac pietera que dñe sint inter eas: et quare accidat: et insuper que sit optima rerūpu. vt plurimū dici potest ac altarum quoq; rerūpublicarum qualis qualib; congruat: dictum est.

**C**De partibus reipublice consiliis: magistratibus: iudiciis: de consultandi potestate et mēbris eius.

### **C**apitulum Decimūquartum.

**I**ursus aut et cōter et separatis de unaquaq; dicem⁹ ea rum partiū que post hoc sequuntur. cōuenienti sumpto principio. Sunt ergo tres partes oīum rerūpu. in singulis: quarū studiosus legis positor considerare debet uti litatē: qbus bñ se hñtibus necesse est rēpub. bñ se hñc: et gubernandi formas inter se differre in eo q singule istaz differunt. Iha rum triū partiū. vna est que versatur in publicis cōsiliis. Altera in magistratibus: hoc est quos esse p̄z: et quā p̄tātem hñc: et quem admodum debeant creari. Tertia p̄s in iudiciis consistit. Ea p̄s que consulti auctoritatē hñc de bello et pace: de societate inēda ad bellū vel dissoluenda: de legibus ferendis vel abrogandis de morte. de exilio: de publicatione bonor: et rōnibus reposcēdis. Necesse est eis vel oīibus ciuitibus hec oīa decernēda tribuere vel quibusdā: oīa ceu vni cuidam magistrati aut similibus: vel alijs alta: vel quedam illoz oīibus: quedā vero qbusdā. Dēs igitur et de oīb; populare est. Tālē enī equalitatem affectat ppls. Sunt aut plures modi. Unus si singulatim et non simul oīb; ut est in reipu. Theleclēi Hilesii: et in alijs reb. pu. deliberaat ma gistratus simul collecti: ad magistratum vero vadunt oēs singulatim ex tribubus: et partim etiam minutis donec transeat per omnes. Longregatur aut ppls solūmō p legibus ferendis: et p his q̄ pertinēt ad reipu. statū. et p̄ his audiendis q̄ a magistratibus nunciantur. Alius modus est: oēs simul conuenire aut solūmō ad magistratus creandos: et ad ferendas leges: et p bello vel pace: et ad rōnes reposcendas: in ceteris vero eos qui magistratum gerunt decernere ad singula deputandos: vel per ele ctionem: vel per sortem. Alius modus est ut ad magistratus creandos et ad rationes reposcendas conueniant omnes ciues: et ad deliberationem belli suscipiendi: vel societatis ad bellum inēnde: cetera vero magistratus exequantur per electionē crea-

# Liber Quartus

ti qd fieri pōt. Talia vero sunt quot exercere necessarium est eos  
B qui scūnt. **Q**uartus modus est vt oēs de oībus cōuenientes  
deliberent: magistratus vero de nullo statuant: sed tñ primo lo-  
co sñiam dicāt: quēadmodū sit in extrema illa gubernatione po-  
pulari quam in paucor̄ gubernatione speciei illi violētē r̄ in gu-  
bernatione vni⁹ tyrannidi correspōdere dixim⁹. **H**ī ergo modi po-  
pulares oēs: quosdaz vero de oībus paucor̄ potentie. **H**z aut r̄  
hoc dīas plures: qn̄ em̄ a mediocri cēsu fiat assumptio r̄ multi  
assumuntur pp eam census mediocritatē: r̄ que lex vetat non mo-  
ueant: sed sequant: r̄ liceat acqutrēti cēsum h̄re: paucor̄ est hm̄i  
gubernatio: sed tñ ciuitis pp eius mediocritatem. **Q**n̄ vero non  
oēs participes sunt: sed q̄ eligunt: r̄ fm̄ leges gubernāt: vt r̄ pr̄  
paucor̄ potentie est. **Q**n̄ aut̄ ipsi se eligunt q̄ deliberandi aucto-  
ritatē habeāt: r̄ qn̄ fili⁹ patri succedit: ac dñi sunt legū: necesse est  
hm̄i gubernationem esse paucor̄ potentiu. Sed qn̄ aliquor̄ ali  
qui cū cū de bello r̄ pace r̄ repetendis rōnibus vniuersi cognoscunt:  
de alijs aut̄ magistratus electi vel sorte assumpti optimatum id est: vel ei⁹ q̄ appellat respu. **Q**uod si de quibusdaz electi:  
r̄ de quibusdā vero sortiti: r̄ vel simplr̄ sortiti: vel ex preelectis: v̄l  
cōiter electi: ac sortiti: partim optimatū est: partim reip. ipsi⁹. **D**ī-  
**L** stinguitur ergo ea pars q̄ in cōsulendo deliberādoe consistit in  
hunc modū pro natura rerū pu. r̄ administratur vna queq̄ respu.  
fm̄ hm̄i determinationē. **C**onfert aut̄ r̄ gubernationi illi q̄ nūc  
maximev̄ esse popularis: dico aut̄ ei in qua populus dñs est etiā  
legū in deliberādo ac meli⁹ disponendo: hoc idē facere in cōibus  
qd̄ fit circa iudicia in paucor̄ potētia: imponūt em̄ penā illis q̄s  
iudicare volūt vt iudicēt: poplāres vero mercedē statuūt paupe-  
ribus. **N**elius em̄ deliberabunt si oēs cōsilio intersint. **P**opul⁹  
quidē cū nobiliorib⁹: isti aut̄ cū populo. **C**onferretiaꝝ per electio-  
nem assumi eos q̄ deliberaturi sunt: vel per sortē equaliter ex parti-  
bus ciuitatis. **C**onfert etiā si plurimū excedat multitudo plebis  
eos qui sunt in gubernanda repu. peritiores vel non oībus mer-  
cedem tr̄sbiuere: sed quantis corrīdet numero nobilitatis vel ex-  
**D**ortiri plures. In paucor̄ vero gubernationib⁹: aut̄ eligere quos  
dā ex multitudine: aut̄ tale aliquid constituere quale est in q̄bus-  
dam ciuitatibus quas appellat precōsultores ac legū custodes  
ac de his solūmodo rebus cōsiliū referre: de quibus isti ante de-  
liberauerint. **P**er hunc em̄ modum pp̄ls interuentet in deliberā-  
do: nec tollere quicq̄ de rep. valebit. **I**n sup aut̄ illa decernere po-  
terit populus: aut̄ nihil contrarium illis que preponentur: vel cō-  
ueniendi quidem oēs participes facere: deliberandi vero magi-  
stratis potestatem relinquere: r̄ oppositum eius facere quod  
fit in populari statu. **P**opuli em̄ decretum in condēnando ratum  
non si: sed ad magistratus rursus referat: ut: quod cōtra fit in po-

pularibus. magistratus em̄ absoluendi dñi sunt oīno: cōdemnan  
di vero non: sed ad populum habetur recursus. De consultan-  
do igitur & deliberando: eiusq; potestate in hunc modum deter-  
minatum sit.

De magistratisbus: necessariis: p̄p̄ss: honestis: & de magistra-  
tuum institutionibus.

### Capitulum Declinūquintū.

**G**Onsequens his est circa magistratus distinguere:  
bz em̄ & hec pars reip. dñias multas. Quotq; magi-  
stratus: & quarū rerum auctoritatēm h̄c: & pro quo  
tpe singulos: naz alijs semestres: alijs breuiores: alijs an-  
nos: alijs diuturniores statuit magistratus. Et vtrūz  
magistratus oporteat esse perpetuos: an ad longum t̄ps: aut neu-  
trum: sed multo t̄iens eosdem aut non eundem bis: sed tantum se-  
mel: & preterea circa constituendo magistratus ex quibus opt̄  
creari: & a quibus & quo. de his enīm oībus op̄ posse distingue-  
re qui q̄bus conferant gubernationibus reip. **E**st autē ne hoc q̄  
dem facile determinare: q̄les magistratus sunt nūcupandi. Indi-  
get em̄ ciuillis societas multis p̄sidentibus. Quapp̄ non oēs qui  
vel eliguntur: vel assumuntur forte: sunt magistratus existimāti:  
vt puta sacerdotes: hoc enim altū q̄ddam ponendum est a cui  
libus magistratibus. Preterea qui pompas dicunt: & p̄cones: et  
legati qui eliguntur. h̄mōi em̄ cure ciuiles aut oīum ciuilem sunt  
ad vnam actionem: puta dux eorū q̄ militant. aut fm partem ve-  
mulierū puerūq; curatores. Aliie dispensative: sepe em̄ eligunt  
qui dām ad distribuendū annonā. Aliie ministrative ad quas si  
opulentī eliguntur: substituit seruos. Maxime vero vt simplici-  
ter dicamus illi sunt magistratus appellandi quib⁹ datum est de-  
liberare de quibusdam & statuere: & iubere: & maxime hoc extre-  
num. Nam iubere imperiosius est. Verū ista quantuz ad vsuñ nī  
hil differunt: vt ita dixerim: nondum enim determinata est h̄mōi **B**  
de noīe controuersia: bz autē quādam aliam intellectuā conside-  
rationez: quales magistratus: & quot necessarij sunt ciuitati: qua-  
les necessarij quidem inutiles vero ad bonā reipub. gubernatio-  
nem magis vtrūq; quispiam dubitabit: & ad oēm rēpu. & presertim  
ad paruas ciuitates: nā in magnis q̄dē l̄z & dñt singuli magistratū  
ad singula opera deputari. Sufficit em̄ multitudo ciuium ad  
magistratus gerēdos: & hos cū intermissione magna t̄pis: alios  
semel dumtaxat gerunt. Heliūq; singula curantur q̄ si in mul-  
tis cura nostra distrahitur: sed in paruis ciuitatibus necesse est  
in paucos magistratus plures conferre: Nam cum sit pau-  
cas hominum: Non facile est multos in magistratibus

# Liber Quartus

esse: qui nam postea forent successores horum. Indigent quicq; ma-  
gistratus eisdeꝝ et legibus: parue magneq; ciuitates: nisi q; hec  
quidem non sepe indigent eisdem: his vero multo tempore inter-  
missio id accidit. Quapropter nihil phibet multis simul curas il-  
lis demandare: non. n. se impediunt: et propter hominum paucita-  
tem necessarij sunt magistratus quidam quasi luminaria obeli-  
scis imposita. Si ergo dicere possumus quot necessarij sunt omni-  
ciuitati: et quot non necessarij quidem sed opportuni: facile quis  
sciens ista coniungat: quod coniungere cōgruat in vnu magistra-  
tū. Debet etiam hoc non latuisse quales cōueniant scđm lo-  
cum magistratus plurium curā habere: et qualitū vbiq; vnu magi-  
stratum potestatē habere: ceu honestatis vtrum in foro pfectum  
annone: et alium alibi: aut vbiq; eundem: et vtrum fm negotia p-  
tendū est: an fm psonas: dico autē ceu vtrum curaz honestatis:  
altum puerorū et altum multerum: et in rebus p. vtrum differat hz  
vnāquāq; magistratum genus: vel nihil: ceu in populari statu:  
et paucorū gubernatiōe: et optimatū: et in monarchia: vtrum idēz  
sunt magistratus ptatem hñtes: sed nō ex equalibꝫ: aut similibꝫ:  
sed alijs in alijs vcluti in optimatibus quidē ex hoībus doctis. in  
paucorum autē potentia ex opulentis: in populari statu ex inge-  
nisis. Uel existant quidā fm istas differentias magistratum: et  
alicubi conferat eosdem esse: alicubi diuersos: alicubi enim con-  
gruit magnos esse: alicubi paruos eosdē magistratus. Verumtā  
sunt aliqui pprii ceu eorum qui ante deliberant: hec enī ptas nō  
est popularis. Consilium vero popularē: oportet eē aliqd tale cui  
cura sit populum p̄silio puentrene occisus sit. H̄i autem si possit  
sunt numero paucorum potentia est: est autem necesse vt illi sint  
pauci qui ante deliberant: itaq; paucorū potentia est sed vbi sunt  
ambo h̄i magistratus. Illi qui ante deliberant consiliarijs p̄ficiun-  
tur. consiliarius. enim popularis: q; vero ante venit in cōsulendo  
et deliberaō paucorum potētie. Dissoluitur etiā ptas p̄silio in  
hmōi gubernationibꝫ in quibus ppl̄s ipse pueniens de oībus cō-  
stituit. hoc autē accidere p̄suevit cuz est vtilitas qdā: aut merces  
constituta his qui in p̄cione puentunt. Ocioſi em̄ puentunt pse-  
per: et de cunctis ipsi statuunt. Qui autē puerorum curā hñt: et qui  
mulieruz: et si quis alter est q; ptatem et curam habeat hmōi: opti-  
matum id est: et nō populare. Sieri em̄ non pōt vt phibere pau-  
peruz mulieres alterius sit q; paucorum potētie: cum mulieres  
ipſorum in delitijs viuant. Sed de his quidem eatenus dixisse  
nunc satis sit. De constituendis autem magistratibus conādū  
est iam trāsigere. Consistunt autē differentie in tribꝫ terminis: q; bꝫ  
compositis necesse est oēs modos esse comprehēſos. vnu ex tri-  
bus est qui sint illi qui magistratus constituant. alter ex q; bus cō-  
stituantur. tertius p quē modum. Luiuscꝫ vero istoruz differentie

sunt tres: aut enim ciues oēs constituunt: aut quidā: vel ex oībus vel ex quibusdā determinatis: ceu p censum: vel per genus: vel p virtutem: vel per aliud quiddā tale quale apud Megarenses: ex his qui vna cum populo cōiuncti ad bella gerenda: et hoc aut p electionē: aut per sortem. Rursus autē hec simul conduplicata: dico autem hec: ceu quosdā aliquid: quosdā oēs: et quidā ex omnibus: et quidā ex q̄busdā: et quidā electione: qdam sorte. Uniusq; istorum differētie modi erunt quatuor: aut em̄ oēs ex omnibus p electionē: aut omnes ex oībus per sortē: et vel ex cunctis: vel quasi diuīsim p trib⁹ et conuentus et societates quoūsq; transseat p vniuersos ciues: aut semper ex oībus: et p̄t̄m sic: partim illo mō. Rursus vero si pauci sunt illi qui constituent magistrat⁹ aut ex oībus per electionem: aut ex omnibus per sortem: aut ex quibusdā per electionē: aut ex quibusdā per sortē: vel partim isto mō: partiz illo. Dico autē quedā ex oībus per electionē: quedā per sortem: atq; ita duodecim modi efficiuntur seorsum duobus conduplicatis. Housi sit due constitutiones sunt populares: hoc est oēs ex oībus electione vel sorte: vel partim sorte: partiz electio ne. At n̄ non omnes simul: sed ex omnibus constituere: vel ex quibusdā sorte: vel electione: vel vtroq; modo: aut partim ex omnibus: partim ex quibusdā vtroq; modo dico autē vtroq; modo partiz sorte: partim electione illius speciei est que appellatur res pu. Quosdam vero ex omnibus constituere partim electione: partim sorte paucorum potentie est. multoq; magis si ex ambobus: sed quosdam ex omnibus: quosdam ex quibusdā ciuile optimatum: vel quosdam electione: quosdam sorte: quosdam vero ex q̄busdā paucorum potentie: etiam si per sortem fiat: vel non fiat: et quosdam ex quibusdā vtroq; modo: quosdam autem ex omnibus et ex quibusdā oēs per electionem optimatus. Hodie igit̄ circa magistratus tot sunt et distinguuntur ita s̄m rerūpu. formas. Qui autē quibus conducant: et quomodo cōstitutiones eorū fieri de sunt vna cū potestatibus magistratum: et qui sint ht: manifestum erit: dico autem potestatem magistratus ceu circa redditus auctoritatē habere: et circa custodiaz: alia em̄ potestatis spēs quē admodū circa bellum et circa contractus forenses.

**D**e iudicij: iudiciorum speciebus: et de modis iudiciorum.

**C**ap. decimum septimum.

Eliquam ex tribus est de iudicij dicere. Capendi vero sunt istorum modi per eandem viam: estenim differentia iudiciorum in tribus terminis: ex quibus et de quibus: et quomodo. Dico autē ex quibus vtrū ex omnibus vel ex quibusdā. De quibus: quot sunt species iudiciorum. Quomodo: vtrum per sortem vel per electionem, primo igit̄ distinguamus: quot sint iudiciorum species:

## Liber Quartus

sunt autem octo. Una rationes reposcere. Altera si publice cui in  
turiatus sit. Altera quid ad statum ciuitatis pertinet ex magistra-  
tibus et priuatis hominibꝫ quicunqꝫ circa penas versantur. Quin-  
ta de priuatis contractibus habentibus magnitudinem: ac preter-  
ea de homicidiis et peregrinis. Homicidiis rursus species: siue in  
ipsis iudiciis: siue in aliis: ex puidentia fecerit vel inuitus: et quot  
cunqꝫ confitemur quidem facta: sed de iure controversiaz facimꝫ:  
et quecunqꝫ pro homicidio: exulantibus circa reddituz statuuntur  
ut Athenis dicitur: et in pheatri iudicium. Contingunt autem ta-  
lia et in omni tempore pauca: et in magnis ciuitatibus. de peregrini-  
nis autem una pars est: si peregrinus contra peregrinum agat:  
altera si peregrinus contra ciuem. Est insuper ultra hec omnia  
de paruis rebus cognitio: que dragmas quinque: aut non excedat  
aut parum: oportet enim et de his ius dici: nec incidit in iudiciz  
multitudinem. Sed omittamus de his: et de homicidiis: et de pere-  
grinis. Dicamus autem de ciuibus: in quibus si non recte iudi-  
cetur: seditionesqꝫ gignuntur: ac rerumpu. motus: necesse est enī  
vel omnes de omnibus supra dictis iudicare electione vel sorte:  
vel omnes de omnibus: partim sorte partim electione assumptos.  
Hi ergo modi sunt quatuor: totidem alteri. qui s̄m parteꝫ: rursus  
enī ex quibusdam et qui iudicant de omnibus per electionem aut  
ex quibusdā et qui iudicant de omnibus per sorte: vel partim sorte: partim electio-  
ne: vel quedam iudicia de eisdem ex sortitis et electis. Isti ergo ut  
dictuz est sunt modi in predictis. insuper eadem conduplicata ut  
quedam ex omnibus: quedam ex quibusdam: quedam ex vtrisqꝫ:  
ceu si eiusdeꝫ iudicij essent aliꝫ ex omnibus: aliꝫ ex quibusdā: vel  
per sortem vel per electionem: vel ex ambabus. Quot igitur mo-  
di iudiciorum esse possunt: dictum est. Horum autem Prima po-  
pularia sunt quecunqꝫ ex omnibus de omnibus. Secunda vero  
paucorum potentie quecunqꝫ ex quibusdam de omnibus. Terti-  
a optimatum et ciuilia quecunqꝫ partim ex omnibus: partim ex  
quibusdam.

Quarti Politicorum Aristi, finis.

## Quintus Politiorum Aristotelis.

De causis mutationum rerumpub. rebus publicis  
inequalitate iusto et stabilitate.

## Cap. primum.

**L**e alijs quidē omnib⁹ de quibus dicere proponimus: fere dictum est: ex quibus autē mutantur respu. et quot ea sint et qualia: et quenā sint singularium rerumpu. corruptiones: et labes: et ex qualibus in quales maxime mutantur: preterea que remedia generaliter et specialiter cūtusq: et per que maxime conseruari possit unaqueqz rerūpub. consideranduz post ea q̄ dicta sunt deinceps erit. **C**ōportet autē prius illud principiū assume re: q̄ plures sunt forme rerūpu. et in his confitentur quidē oēs in sūtiā et conuenientē equitatē: sed aberrant ab ea ut est ante dictum. Hā populus p̄stat ex his qui cum sint finē quid pares: putant se simpliciter pares esse. Paucorum vero potentia ex his q̄ cum p̄stent aliqua re: sintqz inequales: se in cunctis prestare arbitrantur: inequalessqz esse opibus enim superantes: simpliciter existimant supare. Deinde vero illi quasi vates existētes in cunctis dignū putant se parem portionē habere: hi autem quasi supiores sint malora sibi p̄petere arbitrantur: maius eīn inequale. Hābent vero oēs altiquid iustū: sed simpliciter aberrant: et ob eā cām q̄n non p̄ opinione sua vtriqz reportent de repu. seditiones concitant. Omnium vero iustissime hoc facerent qui virtute piccllunt: qui tamen minime omnium id faciunt: nam hi simpliciter rationabile est ut hi soli preferantur. Sunt autem quidā qui praestantes genere plus habere se dignos putant: vndeatur nobiles esse illi quorum maiores virtute et diuitijs prediti fuere. Hinc principia et fontes (ut ita dixerim) seditionum oriuntur. Quapropter et mutationes merito fiunt: quandoqz ex presenti statu ad alium: ceu ex populari gubernatione ad paucorum potentiam: vel ad popularē ex paucis vel ad répu. optimatē ex illis: vel ad alias ex istis. Qñqz pñtez gubernādi formā non querūt mutare: sed in ea pmanentes p̄ se illā suscipiunt ut paucorū potentiam vel monarchiam. Insuper circa magis et minus: ceu vel paucorū potentiaz existentē magis extendere vel cohercere: vel popularē statū ampliare vel restringere. Eodemqz modo de alijs spēbus ampliandis vel restringendis: vel in parte aliqua reipub. mouenda: ceu magistratū quendam de nouo inducere vel remouere. ut apud Lacedemonios ferunt Lysandrum tentasse regiam potestatem tollere: et paucitatem regem: ephoros: et Epidanni mutata est respublica in parte: cum pro tribuum prefectis senato-

# Liber Quintus

**C**res creauerūt. Apud elenses vero necessarium est illorum etiam qui versantur in rep. dignitates inuadere quando creatur magistratus aliquis. Paucorum autem potentia erat in hac rep. qd vnu solus ad magistratum sumebatur: vbiq; enim pp inequalitym oritur seditio: dispibus tamen non existit pportio: ppetua enim potestas regia iniqua foret si estet in paribus. **O**mniō em̄ querentes equum in seditiones incident. At enim duplex est equum vnum numero: alterum dignitate: numero quidem ceu multitudine ac magnitudine idz r equū: dignitate autem dico id qd est scdm rationem ceu tria excedūt duo fm equalē numeruz r hoc in vno. Dico autem quatuor excedere duo: r hoc in vno. equa enim ps duo ex quatuor: r vnu duorū: ambo enim medietates. **C**hartentes autem simpliciter esse iustum id qd est scdm dignitatem: contendunt vt prius dictum est. Alij quia si in aliquo sint pares: sed penitus pares existimant alij quia si in aliquo pstant: in cūctis se superare arbitrant. **Q**uamobrem due pincipue sunt gubernandi forme: populus. s. r paucorū potentia: nobilitatem enim ac virtutem in verbis quidem omnes fere usurpant. Etenim qui reuera nobiles ac boni sint nusq; centum reperiunt. Divites autem multis in locis. **C**simpliciter vero omnino fm alterutrū statuere equitatem: improbum est: patet autem eo qd contingit. Nulla em̄ huiusmodi rerū recipit stabilitatem. **L**ausa vero huius: quia impossibile est ex pmo errore in pncipio cōmisso nō euenire ad exp̄um aliquid mali. **Q**uare op̄ est partim arithmeticā equitatem vti: p̄t̄m ea que est fm dignitatem: verūtamen tutor est ac minus seditioni subiacet popularis gubernatio qd paucorū. Hā in paucorum gubernatione due gignuntur seditiones: una inter se ipsos: alia ad populū. In gubernationib; autem populi una tantū seditio fit ad paucorum potentiam. Ipsiis vero inter sc(qd quidez dignum dictu sit) non accedit seditio populi. Insuper me diocrium hominū gubernatio ppinq; est populari gubernationi qd illi que paucorum: que quidem est magis tuta qd aliqua huiusmodi rerum public.

**C**De seditionibus paucorum: r popularium pro quibus rebus seditiones oriantur: r de causis earum. **C**apit. Secundū.

**H**



Um vero cōsideremus quibus de causis seditiones mutationesq; rerū euenuit: capienda sunt primo vlr principia r cause earum: sunt autem fere tria de quibus ipsis p̄mo succincte determinandū est. Vide enim op̄ quēadmodū dispositi ad seditiones deueniunt: r quarū rerum gratia: r tertio qd sint initia ciuiliū turbationū ac seditionū inter cines. Qd quidē lgiſ disponātur ad res nouas appetendas illa est potissima causa de qua iam diximus: quia alij pares esse volunt his qui plus habent: r nisi hoc sit nō acquiescat

acquiescunt: aliis vero se prestare dignos putantes indigne ferunt  
nisi plus habeant: hec autem quandoque iuste cupiuntur: quando  
que iniuste. Inferiores quidem ut pares sint res nouas exoptant:  
et pares qui sunt ut prestant. Quemadmodum igitur dispositi  
sunt qui res nouas querunt dictum est. Res autem pro quibus co-  
tendunt: sunt lucrum: et honor: atque his contraria. dedecus enim  
et damnum vel ipsorum vel amicorum fugientes seditiones in cuius  
partibus agunt. Cause vero ac principia motus: unde ipsa ita dispo-  
nuntur: et pro his de quibus dirimus sunt ut septem: sunt etiam  
ut plura: quorum duo sunt eadem cum illis que dicta sunt: non  
tamen eodem modo: propter lucrum enim et propter honorem irritantur in  
uicem: non ut acquirant subiugatis: sed quia vident alios partim  
iniuste: partim iuste plus in ipsis habere. Insuper propter con-  
tumeliam: propter metum. propter prepotentiam: propter cōtēptum  
pp incrementum excessuum: et alto modo propter verecūdā: propter negli-  
gentiam: propter pusillanimitatē: propter imparitatem.

**C**o de causis undecim seditionum: declaratio. Cap. Tertium.

**I**n primis autē contumelia et lucrum quam habeant vim: et  
quot seditionum cause: fere est manifestum. Super-  
bia enim et avaritia eorum qui gubernant homines  
provocant contra se: et contra statum eius reipubli-  
que ista fieri patiatur. Avaritia vero quādoque ex pri-  
natis rebus sit: quandoque ex publicis. **C**o de honore etiam clarū  
est: et quid valeat: et quomodo cā sit contendendi. Ipsi enim ins-  
honorati et alios honoratos cernentes seditionem aggrediunt.  
Hec autē iniuste quidē fiunt: cum preter dignitatē honorant qui  
dam vel inhonorant. iuste vero cū fīm dignitatē. Propter ppotē-  
tiā autē qñ q̄s maior sit et potentior vel unus vel plures cū fīm di-  
gnitatem et potentiam reip. consuevit. n. ex talibus fieri unius do-  
minatio. vel gubernatio violentia. Quapropter quibusdam in lo-  
cis ostracismo vtuntur: ceu Argis et Athenis. Atqui meltuserat  
ab initio prouidere ne in huiusmodi potentiam augeri homines  
permitterentur: quam post contra auctos remedium querere.  
Propter metum enim ad seditionem deueniunt qui penas formi-  
dant ob maleficia commissa: et hi contra quos paratur violentia  
preuentre volentes prius q̄ malum patientur: ut apud Rhodis  
nobilitas contra plebem insurrexit metu iudiciorum que sibi pa-  
rabuntur. Propter contemptum enim ad seditiones deueniunt  
ceu in paucorum potentia quando plures sunt illi qui a republi-  
excluduntur: potentiores enim se putāt. et in populari statu opu-  
lent: et contēnentes inordinationem et incuriam eorum qui guber-  
nant: ceu apud Thebanos post pugnam in onophytis commiss-  
sam: mala gubernatio et popularis stat⁹ interist. et in Megarensib⁹  
cū p inordinatioēz et ingratis negligētā separati sunt et Syracusis  
Arist. lib. politicę

# Liber Quintus

ante Selonis tyrannidem: et Rhodij populus anteq̄ contra iuris geretur. ¶ Sunt etiam propter incrementum excessuum mutationes rerum. ut enim corpus ex partibus suis constat: et op̄t̄ eas simul pro modo quamq; suo crescere ut conuenientia permaneat: ac nisi hoc fiat corrupitur: (ceu qñ pes quatuor cubitorū sit: ceterum vero corpus duarum palmarum longitudinem h̄eat interdum vero et in alteriā aialis figuram trāsiret: si nō solū quātitate: verū etiam qualitate imoderatum fieret incrementum:) ita et ciuitas ex partib⁹ cōstat: quarū interdū aliqua paulatim subcrescit: ceu egenorū hominē multitudo in popularibus gubernationibus et rebus publicis. Contingit vero quandoq; id per fortunam velut apud Larentum cum separati p̄fello ab Iapygensib⁹ nobilitatis magnam partem amissent (sunt autem id p̄felliū paup̄ post id tempus quo H̄edi greciam inuaserunt) ad populares statum ex repu. est facta mutatio. Et Argiū post cedem suorum in Hebdoma a Cleomene spartiata factam coacti sunt inquisitos quosdam ad rempu. recipere. Et athenis cum terra male pugnaret aduersus Lacedemonios nobilitas attenuata est cum ex descripto se submittere ad bellum coegeretur. Contingit autem hoc et in popularibus gubernationibus: rarius tamen. plurib⁹ enim diuitib⁹ exfuit: vel diuitijs in pluribus auctis mutatio fit in paucorum potentiam. Mutant etiā respu. absq; seditione pugnare: verecundiam: vt in H̄erea. cum enim per electionem sumere magistratus solerent: postea sortiri sunt: ex eo q; electiones eouiz in homines turpes: pudendosq; cadebant. Et ppter negligentiam quando sinunt ad summas potestates eos assumi. qui non sunt amici status eorum. per quem quidem modum apud H̄oreum euersa est paucorum gubernatio per Heracleodorum: qui magistratum nactus gubernationem ciuitatis ex paucorum potentia ad popularem statum traduxit. ¶ Insuper propter pusillanimitatem: dico autem pusillanimitatem: quando latet paulatiz sub crescenti reipu. mutatio que ad magnitudinem latenter euadit: si negligatur: quemadmodum apud ambraciotas: a paruo censu prius erant magistratus: tandem vero a nullo fuerunt: quasi nihil aut ppe foret inter parū et nihil. ¶ Seditiones etiā concitatae pegrinatas: donec in eandē sīl conspirationē deuenierit: vt enim

Dūlūtie  
¶ non ex quauis multitudine cōstituit ciuitas: ita etiā nego i quousque tpe. Quāpp; quicūq; adhuc inquilinos suscepereunt aduenias: oēs fere seditionib⁹ iacriti sunt: ceu apud Sybarim: vna cuiz Trezeniis incoluerūt acehi. postea maiore in numeris crescentes acehi. Trezenios pepulerunt. Unde pollutio illa exorta est sybaritis: et in Thuriis idem fecerunt sybarite contra illos qui eos recuperant: nam plus habere volentes: quasi de suis agris pulsi sunt. Et apud Bizantium peregrini in oppressionē ciuium

conjurati: cognita re prieō & armis expulsi sunt. Et Amissi exiles ex Lgio suscep̄tos tandem armis deiscere coacti sunt. Tanclei vero qui Samios receperunt mox ab eis sunt propria ciuitate delecti. Apolloniate qui sunt in Euxino ponto incolts receperit seditione agitati sunt. Et Syracusani post tyrannos expulso cum hospites & conductos milites fecissent ciues: in seditionem & p̄leum inciderunt. Et Amphipolite receptis calcidensū colonis: pulsi tandem ab illis sunt fere omnes. Seditionem autem concitant in paucorum quidem potentia multitudo indigne ferens quod cum ipsi sint pares: non eque honorantur. In populari vero statu nobilitas quod par fiat ceteris cum ipsi sunt p̄stanatores. ¶ Incidunt enim quandoq; in seditione ciuitates ppter situm quando talis est locus ut non ad vnam eandemq; gubernationem sit aptus: vt Clazomenijs accidit: qui in chytrō habitant: contra eos qui habitant in insula: et Colophonij erga notios. Athenis quoq; non eodem modo: sed multo magis populares sunt qui in Pyreō habitant q; qui in vrbe: vt enim in p̄leiss transitus fossarum etiam si admodum parue sint interrumpit ordines militum: ita et ciuitate dissidentia omnis videtur disunctionē facere. Maxime forsan dissidentia virtus & vitium. Deinde paupertas et diuitie: & alia magis q; alia: quarum una est illa de qua diximus.

**D**e medellis: & documentis circa seditiones. Cap. quartum.

 **R**iuuntur autē seditiones nō pro paruis rebus: sed ex paruis ad magna peruentunt: maxime vero ēt parue corroborantur: quando in p̄ncipalib⁹ fiūt ut contingit Syracusanis antiquitus. Mutatus est ēm̄ ciuitatis status propter duos adulescentes qui in magistratu cōstituti simultatem inter se habuerunt ex amatoria cā: altero enim absente: ialter puerum quem amabat sibi conciliauit. at ille reuersus cū id grauiter ferret: vxorem illius habere studit: ex hoc omnes qui versabantur in repub. diuerso fauore diuerterunt. Quamobrem ab documentis p̄ncipatibus cauendum est diligenter: ac dissoluende statim sunt eorum discordie qui multū in repub. possunt. In principatu enim peccatur. Principatus autem dicitur esse dimidium totius. Itaq; paruum in principatu erratum correspondens est ad alias partes. Omnitio enim excellentium viorū discordie pars in totam posse trahunt ciuitatem: ut contingit apud Hestiaeā post principatu popularē statum. Duobus enim fratribus de divisione patrimonii contendebat: unus eorum qui erat pauperior quasi nō exhibente altero fratre bona omnia: neq; thesaurum quem pater inuenierat p̄ferente: q̄rebat: ac populum in suos fauores pertraxerat. Alter vero qui diuitijs pollebat locupletes sibi acci-

# Liber Quintus

uerat. Et in Delphis ex favore partis contentionē exorta principium fuit seditionum omnium: que postea fuerunt in ea ciuitate secute: hic enim cum sibi triste augurium incidisset: ut venit ad sponsam suscipere illam noluit. parentes vero puelle quasi spreti: atq; contenti sacrorum quidam (es sacrificante) intercerunt atq; ut sacrilegum accusantes capite damnari fecerunt. **M**itylene quoq; seditio ex hereditate coorta magnorum malorum fuit origo: indeq; bellum Atheniensibus contra Mityleneos suscepit in quo vrbs eorum a Mache te duce capta fuit. Timophane enim quodam opulento homine vita functo cum due filie superstites fuissent. Dorandrus quidam dari illas filiis in matrimonium concupiuit: quod cum assequi non potuisset alios sibi p;latos dolens: res nouas moliri aggressus. Atheniensibus quib; erat publice hospes bellum suscipere persuasit. Et apud Phoces seditio exorta est ex hereditate inter Mnaseam Mnesonis patrem et Eutiratem Onomarchi: hec seditio Phocensib; initium fuit eius bellū: quod sacrum appellauerunt. **C**onutatus ē etiam Epidamni ciuitatis status ex iuptijs. Desponderat enim quis filiam. cum vero pater sponsi magistratum gerens illi damnum interrogasset: quasi despectus omnes qui presenti ciuitatis statu infensi erant. per factionem ad se receperit. **C**hiunt etiam mutationes et in paucorum potentia: et in populari statu: et in ea q; appellatur respub. ex eo quod aliquod collegium vel alia pars ciuitatis famam sit vel augmentum maiorem in modum consecuta: ut apud Athenenses Ariopagi consilium per tempora belli persarum famam consecutam seueriorem reipu. gubernādi formam videtur fecisse. **C**Et rursus naualis turba quod causa vietorie Salaminensi bello fuisse videbatur: et ob eam victoriā p;ncipatum maris acquisisse ciuitati popularem statum validiores effectit. **C**Et apud Argiuos nobilitas quod in prelio contra Lacedemonios apud Mantiniam vibem commisso: magnam famam consecuta erat popularem statum delere tentauit. **C**Et apud Syracusanos multitudo urbana: quod causa victorie bellū aduersus Athenenses videatur fuisse rep. mutauit ad popularem statu. **C**Et apud Calcidenses q; simul cuz nobilitate ad op̄ primendum Phoxum tyranum plebs insurrexisset: statim reip. gubernationem suscepit. **C**Et apud Ambraciā eodē mō populus vna cū aggressorib; Periādro tyrāno expulso in seipsum gubernationem cōuertit. Et oīo hoc latere nō op̄ q; qui potētie cā fuerunt: siue p̄uati hoīes: siue collegia publica: siue tribus: siue et pars aliqua ciuitatis siue quecūq; multitudo seditionē comitip; q; prevalentiam parē habere cū ceteris nō acc̄escit. Mōveatur quoq; respubli. qn̄ p̄tes ille ciuitatis que contrarie videntur

esse p̄fificantur ad hunc modum (ceu dūiles et plebs) mediū aut parum  
aut nūl omnino sit. Si enī queuis pars ita robusta fiat. vt ad il-  
lam que predominabatur proxime accedat: non tolerat post hac  
discrimina scire. Quapropter qui virtute p̄cellunt nullaz (vt ita  
dixerim) faciunt seditionem: pauci enim sunt: alijs vero permulti.  
vniversaliter ergo in cunctis reb. pu. initia causeq; seditionū: ac  
mutationum in hunc modum fiunt. Autaf aut respū. quādoq;  
per vim: quandoq; per dolum. Per vim autem: aut statim: aut  
postea compellendo. nā et fraus duplex est: nōnūq; enim decepti  
ab initio sua demum sp̄ote recipiunt aliū gubernādi modū: dein  
de postea violēter cōseruāt: vt accidit cū quadringenti illi Athē-  
niensium rēpu. suscepereunt: affirmātes enī q; psarū rex pecunias  
ad bellum cōtra Lacedemonios subministraret: ac in eo mentiti  
nūlomin⁹ postea vī retinere gubernatiōem conati sunt. Inter-  
dū aut ab initio psuadētes: ac postea rursum psuasis sponte ac  
volentib⁹ retinent gubernationem. Simpliciter ergo circa oēs  
respū. ex his que dicta sunt cōtingit mutationes fieri.

**D**e mutatiōib⁹: et modis mutationū popularis gubernatiōis.

Capitulum Quintum.

**S**ed op̄z in vnaquaq; specie rerumpu. hoc idem consi-  
derare. Popularis ergo status maxime recipit muta-  
tiones propter eorum hominum perfidiam qui sunt  
quasi ductores in populo. H̄enī ptim egregiosq; p̄  
opulentosq; p̄uatim caluniādo conspicere eos simul  
pellūt: cogit. n. in vnu cōls met⁹ etiam eos q; p̄i⁹ erāt int̄miciſ  
simi ptim quidem publice multitudini suggillādo: et hoc ferebūt  
q; in hunc modum fieri videmus. Nā et apud Loui popularis sta-  
tus interiſ ob prauitatem eorum qui populum ducebant: nobi-  
llitas enim conspiratione facta regimen ciuitatis arripiuit. Et apd  
Rhodum: impositis enim pecunias que conductis militib⁹ sol-  
uerentur: potentes quidam in p̄plo p̄ se eas retinebant. p̄fecti au-  
tem classis cum pecunias non haberent ac nūlominus nauiga-  
re ex lege cogerentur: veriti penam iudicij: conspirationem infe-  
runt ad popularem statum euertendum. Apud Heracliam  
quoq; populus oppressus est ea de causa. Potentes enim quidā  
in populo illatis iniuriis nobilitatem expulerunt. illi, vero post-  
ea conspirantes et in vnum conuententes in vrbez reuersi popu-  
lum oppreserunt. Nec multo dissimiliter apud Hegarenses  
popularis status interiſ. Ductores enim populi quo pecunias  
per bonorum publicationem haberent multos e nobilitate pe-  
pulerunt: vt tandem facta sit permagna exulum multitudo. exu-  
les ergo in vnum conuententes: p̄plo suparūt: oppressoq; p̄plo  
paucorum potentiam constituerunt. Contingit hoc idē apd  
Eumas in populari statu quez destruxit Thrasymachus. tapd

ppularis  
gubernatiō  
tio i pau-  
corbi pos-  
tentiam.

# Liber Quintus

alios fere quis inspicat mutationes eodem modo contigisse.

**S**ed Interdum enim ut gratificantur iniuriantes nobilitatem conspirare faciunt: vel patrimonia eque diuidentes vel redditus numeribus publicis subscientes. Interdum vero calumniantes: ut bona opulentorum publicari faciant. **C**uetusq[ue]s quidem temporibus quando idem erat potens in populo: ac belli dux: populares res in tyrannidem mutabantur: et pfecto antiquorum tyrannorum plurimi ex popularibus hominibus facti sunt. Lau-  
sa vero cur tunc fierent: non autem nunc illa est q[uod] tunc qui in populo maxime poterant erant et his qui bello gerendo proficiebantur: nondum enim dicendi peritiam habebant. nunc autem Rhetorica arte superuentente qui dicendi facultates habent populos ducunt quidem. sed quia imperiti sunt rerum bellicarum tyrannidem inuadere non audent: nisi vbi parum aliquid tale incidit.

**T**yrannides certe frequentius siebant prius q[uod] nunc: et ppter magnas potestates quibusdam commissas: ceu Abileti ex pretura. Multarum enim ac magnarum rerum potestatem habebat pretor. Ac etiam ob id quia tunc vires non erant magne: sed rure homines habitabant: ocu[m] agentes: preterea ab agris qui patroni erant in populis cum viri militares essent tyrannidem inuis debat: id est agebant omnes prescita sibi prius fide a populo: que acquirebatur ex inimicitia aduersus opulentos: vt Athenis pistratus per factionem contra pediacos suscepitam: et Megaris Theagenes armentis opulentorum occisis: que iuxta flumen repererat pascentia: et Dionysius accusans Daphneum et diuites meruit tyrannidem Syracusis obtinere: ppter inimicitiam nobilitatis sibi fide a populo prestata: quasi popularis esset. **M**utatur etiam respu. ex consueta gubernatione in ultimam speciem popularitatis: cum enim per electionem sunt magistratus: non tam a censu. eligi autem populus ambientes populum: magistratum gratia eo rem deducunt: vt sit populus dominus etiam legum. Remedium autem ne hoc omnino fiat: vel ut minus fiat illud est ut tribus quide[m] magistratum eligant: non populus uniuersus. Popularium igitur statuum mutationes fere omnes per has sunt causas.

**D**e mutationibus et modis mutationum: gubernationis paucorum potentie. **C**ap. sextum.



**P**aucorum autem gubernationes mutantur per duos maxime modos manifestissimos. unum si iniurias afficiant multitudinem: quilibet enim patronus sufficit: et maxime si ex numero paucorum dux aliquis existat. quemadmodum in Haoro Lygdamis. qui tyrannidem postea Haoriorum inuasit.

**C**habet autem etiam ex aliis: initium seditionis dicas: quicquid enim ab ipsis opulentis qui non honorantur magistratibus sit dissolu-  
tio: cum perpauci sint illi qui dignitates usurpant ut in Hassa-  
liensibus: et Istro: et apud Heracliam: et in aliis civitatibus acci-  
dit. Hoec enim ab honoribus exclusi res nouas moliri non cessant  
quoad ipsi quoque honorentur: seniores quidem fratrum postea  
vero rursus qui minores sunt natu. Quibusdam enim in locis non  
simul ad rem publicam gubernandam recipiuntur filius et pater. alicu-  
bi vero frater senior ac iunior: et ubi paucorum potentia ciuior-  
euadebat. In Istro ad popularem statum seditiones inter nobis  
litatem recidit. Apud Heracliam vero ex paucioribus ad sexcen-  
tos. Autem est etiam in Gnidia paucorum potestate seditione inter no-  
bilitatem ipsam coorta: ex eo quod pars eorum ab honoribus exclu-  
debatur: siquidem pater filium impeditiebat: et frater fratrem. nec  
nisi qui senior foret: honorabatur. Insurgens enim populus per  
illorum discordiam ac ducem: nactus ex ipsa nobilitate peruersit:  
imbecillis enim aduersa pars erat. Et apud Erythienses in pau-  
corum gubernatione regiarum virium antiquis temporibus li-  
cet diligenter curarent qui in gubernatione illarum versabantur  
ramen quia perpauci erant: non tulit populus: sed rem publicam mutauit.

**C**hutantur etiam paucorum gubernationes ex seipsis propter fa-  
ctiones ipsorum qui plus posse volunt. hoc autem dupliciter fit:  
quicquid enim sibi asciscunt et contiungunt alios ex ipso numero pau-  
corum: ut Athenis in triginta illis fecit Charicles: et in quadringentis  
Phrynicus: quicquid vero ipsi qui sunt ex paucorum numero ven-  
dican sibi plebem ut apud Larissam nobilitas plebem colebat:  
ex eo: quia per plebem siebat electio magistratus illius qui custo-  
dia reipublicae vocabatur: et in quibuscumque gubernationibus pauco-  
rum non illi ipsi eligunt ad magistratus qui et gerere illos possunt  
sed ex censibus magnus tribuuntur: vel et amicitiis: electio tamen  
eorum per ciues fit: vel per plebem: ut Abydi: et ubi iudicia non  
sunt ex his qui rem publicam gubernant colendo plebem: quo eorum  
suffragia promereantur rem publicam mutant: ut apud Heracliam con-  
tingit que est in ponto: quod idem accidit quando in gubernatio-  
ne paucorum quidam existentes ad pauciores etiam rem publicam tra-  
hant: pares enim ceteris esse querentes compelluntur populum in  
sui auxilium adhibere. **S**iunt etiam mutationes in gubernatione paucorum: quando prodigaliter viventes: qui gubernant  
per luxuriam patrimonia consumperint. Optant enim res nouas  
huiusmodi homines: tyrannideos vel sibi ipsi vel alteri  
affectione: quemadmodum Hippparinus Dionysio syracusis: et  
Amphipoli Cleotinus calcidenses colonos superinduxit: et in  
B 4

## Liber Quintus

Egina qui negotiis illud Tharete Athenensi cōficerat: res no-  
vas molitus est propter huiusmodi causam. H̄i ergo hoīes con-  
sumptis patrimonioīs aut res nouas cōmonent aut rempu. furtis  
expillant. Itaq; seditiones concitantur: aut ab ipsis / aut ab illis  
qui eoz furtū non tolerant. vt Apollonie q̄ est in ponto accidit  
Concors vero si sit paucorū gubernatio ex seipsa non facile inter-  
riat. H̄uius signum est apud Pharsalum vibē reipub. status. pau-  
ct: siquidem in ea ciuitate gubernatores multorū sunt domini: qz  
ipsi inter se recte ac debito more se gerunt. C̄uertuntur etiam:  
qñ in paucorū gubernatione allam paucorum gubernationē effi-  
ciunt: Id est qñ eoz ad quos p̄tinet gubernatio reipu. qui pauci  
sunt selectio quedam fit: neq; habilitas est omnibus ad maximos  
magistratus: dignitatesq; posse assumi. Qd apud Elidem vibez  
qñz contingit. nam cum paucorū esset gubernatio reipu. admo-  
dum pauci eoz ad senatorium ordinem que erat perpetua digni-  
tas peruenire poterant: ob id q̄ erat potentium hic ordo: ac persi-  
missis Lacedemonioīz senatui. C̄it aūt mutationis gubernati-  
o paucorū: z in bello: z in pace. In bello quidem q̄ populo diffi-  
dentes conducto militē vti compelluntur: z qui illis preficitur se-  
pe tyranus euadit: vt Corinthi Timophanes. Quod si plures  
preficiuntur ipsi sibi potentiam parant. interdum vero ista for-  
mantes qui regunt populuz recipiunt ad reipu. cōmunionez: qm  
necessitas cogit populo vti. C̄in pace aūt ppter dissidentiam  
quam inter se hnt: conductis militibus custodiā tradunt: prefi-  
ciuntq; illis virum aliquē qui ad neutram partem magis inclina-  
re videatur: at iste sepe sit dñs p̄tis virtusq;: qd accidit in Larissa  
vibe a leuadensisbus rempub. tenentibus. z apud Abydum tem-  
pore sodalitatum: quarum vna erat Iphiat. C̄iuuntur etiaī  
seditiones per exclusionem aliorum ab alijs factam eoz ipsorum  
qui sunt in paucorū gubernatione: qñ de nuptiis vel de iudicis  
concertant: quēadmodū de nuptiis supra diximus: z in Eretria  
paucorū gubernatio equitum sublata est per Diagoram qui asser-  
tus iniuria fuerat ex nuptiis. Ex iudicio autem apud Iheracliam  
sedis extitit: z Thebis ob adulteriū iudicij. Et qui vtroq; in lo-  
co non iniusta fuerat accusatio: sed per factionem pena nimis ex-  
asperata. Apud Iheraciam qdem aduersus Eutonem: Thebis  
vero aduersus Archium: quos contulerunt intimi in foro liga-  
ri: ac cerutes eorum annulo ferreo includi. C̄ Sepe etiam pau-  
corū gubernationes dissolute fuerunt ob nimiam divisionem:  
non p̄bantibus quibusdam ex iosis: qui gubernabant: hmōl ex-  
cessum: vt accidit his qui apud Enidum: z apud Chlum per pau-  
corū potentiam gubernabant. C̄ fiunt etiam casu cunctatio-  
nes illis que vocantur respū. z gubernationes paucorū. vbiq; z  
a censu sumuntur ad deliberandum: z iudicandum: z ad ceteros

magistratus. Sepe enim constitutus est primus census ad presens  
t̄ps: ut participant in paucorum quidem gubernatione pauci: in  
repu. vero medi. feicitate rerū aliquas supernentente: vel per pa-  
cem: vel per aliam causam: contigit eisdē possessio·nes multi ma-  
ioris pretij fieri: itaq; omnes efficiuntur habiles ad cunctos re-  
pu. gradus dignitatesq; suscipendas. idq; contingit interdum  
sensim & latenter: interdum celerius. Paucorum igitur guberna-  
tiones mutantur: & seditionem recipiunt pp bmo i causa. Oino  
autem & popularis status & paucorum potentie conuertuntur in  
terdum non in contrarias species: sed in eas que sunt proprii ge-  
neris. ceu ex institutis popularibus & paucorū in ipsa ppria: & ex  
illis rursus in ista.

### De mutationsbus & modis mutationum optimatum.

#### Capitulum Septimum.

**N** optimatibus sicut seditiones fiunt: interdum qdem ex Opti. mi-  
eo q pauci sunt honorum participes: qd in paucorū gu-  
bernatione dirimus seditionem mouere: Hā & optimatū  
tum gubernatio quemadmodum paucorū est. in vtracq; A  
enīm pauci gubernant: non tñ ppter idem pauci: cū videatur pro-  
pterea optimatum gubernatio esse paucorū: maxime vero id acci-  
dere necesse est: quando sit multitudo aliter sentientium: quasi si  
miles fm virtutem: velut apud Lacedemonios: ht qui Parthen-  
ien nuncupabantur (ex similibus em erant) quos deprehendētes  
res nouas moliri in Coloniā Larentū misere: vel qn aliqui inho-  
norant cū sint magni & nihilō inferiores virtute illis qui honores  
captiunt (quemadmodum Lissander a regibus) vel qn vir fortis &  
magni animi non sit participes honorū: quemadmodum Lina-  
don ille qui coniuratione facta p Agesilat tempora: Spartatas  
oppimere tentavit. **P**ripterea cum alijs paupertate nimia p̄mū  
tur: alijs diuitijs abundant: qd maxime in bello contingit: & acci-  
dit hoc Lacedemoniis in messenensi bello. Ostendit hoc Tyr-  
teus poeta in illo carmine quod inscribitur Eunomia: id est lex  
bona. exhausti enim quidam per id bellum ac pauperes facii cē-  
sebant agros equa portione ciuibus esse dividendos. Insuper si  
q; magnus & potens: etiaj maior fieri: ac solus dominari velit: vt  
apud Lacedemonios videtur Pausanias ille fecisse: qui dux bel-  
li aduersus Medos fuit: & apud Carthaginenses Ahnon. **S**

**D**issoluuntur autem maxime & respu. & optimatum guberna-  
tiones propter transgressionem iusticie in seipsis factam: hūtus  
autem origo est non bene temperatam simul esse: ac permixtam  
in rem publ. quidem popularem gubernationem & paucorum:  
in optimatibus vero ista simul atq; virtutem: maximeq; illa  
duo popularem dico atq; paucorum. hec enim & respubli. co-

propter  
transgres-  
sionem iusti-  
cie marie  
dissoluunt  
tur respu-  
blice.

# Liber Quintus

nantur miscere: et multe illarum que optimates vocant. differunt enim optimates ab illis quod appellant respu. In hoc: et ob id sunt alii eorum minus alii magis durabiles. Illas enim que magis declinant ad paucorum potentiam optimates appellant: illas vero quod ad multitudinem respu. vocant. Quapropter tutiores sunt iste quam alii. Fortis est enim id quod plus ac magis acquiescunt equum habentes. Qui vero diuitiis abundant si respu. excellentiam eis tribuat contumelia ceteros afficere pergit: nec par habentes coquescunt: pentitus enim ad quamcumque speciem declinet gubernatio ciuitatis in ea transmutatur utrisque suum augentibus velut respu. ad populum optimates ad paucorum potentiam. vel in contraria seu optimatus gubernatio in popularem: tanquam enim iniuriam patentes in contrarium trahunt qui magis sunt noves. respu. vero in paucorum potentiam transmutatur. Solum enim stabile est secundum dignitatem equum et habere quam sua sunt. Contingit vero id quod modo diximus in Thuriis: quod enim a maiore censu erat magistratus in minorem facta est mutatione: et in plures gubernatores: et quia agros totos possidebat nobilitas contra legem: nam gubernatio eius ciuitatis magis erat paucorum itaque plus habere poterant. At populus bello exercitat ac potentior effectus quam illorum custodes nobilitatem copulit agros qui contra legem tenebant dimittere. Insup quod oes optimatum species ad paucorum potentiam declinant nobilitas in illis plus habet velut apud Lacedemonios opes et diuitie in paucis sunt: ac magnam licentiam habet nobilitas faciendo quodlibet: et cuiuscumque voluerit curam habere: quod causa fuit ut Locororum ciuitas interiret: pro Dionysii clientelas: quod non contingisset in populari statu: neque in ea optimatum gubernatione. que mixta temperataque fuisse.

**C** Maxime vero latent optimatum gubernationes paulatim sese dissoluentes: quod quidem dictum est prius vel de oib[us] rebus publicis: idque inter causas mutationis minuta paruitas appellatur. quod enim omittunt aliquid ex his que ad rem publicam pertinet ac deinde aliud paulo maius facilius mouent: quo usque tota moveant reipublicam formam. Quod in Thuriis accedit respu. cum enim leges haberent per quam non nisi intermissio quinquennio preturam gerere licebat: iuniores quida rei militaris piti: et apud multitudinem famam habentes: cum ceteros qui in rebus gerendis versabatur: spernerent: ac faciliter se consecuturos arbitrarentur: legem totam illam tollere aggressi sunt primum lata altera lege ut licaret perpetuum eosdem praetores esse. At cum populum viderent illos propter admittentem: hi magistratus qui perant suffragis: quos appellantur consultores commoti sunt prius ad resistendum: tam postea desisterunt putantes hac una lege quamuis soluta: ceteras tandem esse permanuras. Postea vero prohibere volentes ne alii moverentur nichil perficere valuerunt: sed mutata est eorum respu. illa

potentiam eorum qui nouas res aggrediebantur. **C**onservatio  
tur vero cuncte respu. interdū p seipso: interdū p externā causā  
qñ contraria gubernatio sit vel ppe vel longe quidē s̄z admodū  
potens: qd quidem contingit Athentensibus et Lacedemoniis.  
Athenenses enī vbiq; potentia paucorū: Lacedemoniis vero vbi  
q; popularem statum euertebant. Unū igitur rerūpu. mutationes  
seditionesq; exoriantur: fere dictum est.

**C**onseruatione rerūpublcarum: precepta viginti.

**C**apitulum Octauum.



**E**conseruatione autē earū: et cōiter et seorsū de unius rū conser-  
cūtusq; vñs est vt dicamus. Illud ergo ante oīa pa-  
tet q; si sciamus p que corrūpuntur respu. scim⁹ etiāz  
per que conseruantur. Contrariū em̄ contrarij ef-  
fectus. Corruptioni autē conseruatio est cōtraria. In  
illis igitur rebus que laudabiliter permixte ac temperate sunt: il-  
lud est diligenter obseruandum: ne quid ex legibus institutisq;  
moueat: maximeq; ab eo cauendū qd paulatim repit. latet em̄  
corruptio: q; non tota simul fit: decipiturq; mens ab illis vt sophi-  
stica illa rō: si vñūq; q; pusilluz et oīa: hoc autē est vt sic: et est vt nō  
totum em̄ et oīa non pusillum: sed compositum ex pusillis. Una  
igitur custodia aduersus hoc principiū est opponenda. **H**en-  
de non confidere his que singuntur quodāmodo et adūbrantur  
ad populus. reprobañt enī ex lpsis operib; Qualia vero dicam⁹  
rerūpu. figura: supitus est ostensum. **I**ntueri s̄z quasdam res  
pub. durare non solū ex optimatisbus: verūtiam ex paucorū po-  
tentias: nō q; p se ipse stabiles sint: sed q; hi qui gubernant recte  
se gerunt: tam erga eos qui sunt extra rempu. q; erga eos qui in  
reipu. gubernatione versant. Erga eos quidem qui non partici-  
pes sunt gubernationis: non afficiendo ipsos iniurijs: ac prestan-  
tiores ipsorum ad participationem reipu. recipiendo ipsos: cupi-  
dosq; honoris non deprimendo: nego multitudinem suis commo-  
dis fraudando. erga illos vero qui socij in gubernāda repu. sunt:  
humane inuicem ac populariter se gerendo: equalitas enim illa  
que in populari statu affectatur: ea in similibus non solum iusta  
est: verūmetiam utilis. Quamobrem si plures sint in gubernatio-  
ne reipub. constituti: eis per multa popularium institutorum vti-  
lia sunt: ceu semestres esse magistratus: vt omnes qui similes sunt  
ad ipsiū valeant: sunt enim tanquam populus quidam illi qui  
inter se pares ac similes sunt: itaq; in illis frequenter existunt  
velut duces quidam populi: vt prius diximus. **H**enide minus  
in potentias incident paucorum gubernationes et optima-  
tes: non enim similiter facile est latere male agentem in vie,  
ut tempore magistratus et in longo. Nam ob hoc in pau-

Medela  
nationis  
gregale.

# Liber Quintus

corum gubernationibus popularibus:tyrannides sunt:ant eis  
hi qui maximi sunt invraq;:tyrannidem inuadunt(hic ductores  
populi:ibi potentes)vel qui maximos gerunt magistratus:quan-  
do longo tempore durant. ¶ Conseruantur autem respu.non so-  
lum ex eo:qr procul sint a periculis: verum etiam interdum quia  
propinquique sunt. Homines enim formidantes vigilantius intensi-  
dunt ad respub.custodiam. Itaq; oportet eos qui rempu. sal-  
uam esse volunt: formidines quasdam parare quasi nocturnam  
quandaz custodiam:vt caueant:neq; dissoluant respub. obserua-  
tionem:z quod longe abest: pinqum facere. ¶ Etiam nobilissi  
contentiones seditionesq; p leges quoq; oportet conari obserua-  
re:z qui extra contentiones sunt eos ante capere: tanq; malu ab  
initio exportens cognoscere:non cuiusuis sit:sed ciuitis viri. ¶ Ad  
mutationes vero que propter censum sunt ex paucorum poten-  
tia atq; ex repub. quando contingit hoc manentibus eisdem cen-  
sibus:z pecuniarum copia facta utile est considerare vniuersum  
totius ciuitatis sensum:ac presens tempus ad preteritum confer-  
re:nam in quibusda;civitatibus census agitur annuatim:in ma-  
ioribus vero per triennium:aut quinquennium:z si sit multipli-  
catus ac multo maior factus q; prius erat ille fm quem statuta  
fuerat resp.gubernande habilitas: lege prouidere vt census vel  
augeatur vel relaxetur: siquidem excedat: augeatur fm multiplicati-  
onem:si vero deficiat relaxetur:ac minor fiat census taxatio.  
In paucorum enim gubernationibus z in rebus pu.nisi hoc fiat:  
hicit paucorum gubernatio ibi potentia illa nimila insurget. Illo  
autem modo ex repu.quidem popularis status: ex paucorum ve-  
ro gubernatione respu. aut populus. ¶ Commune autem est z in  
populari z in paucoruz gubernatione z in omni repu. neq; auge-  
re nimium queq; supra modum: sed magis conari paruos z lon-  
gi temporis honores piebere q; confestim magnos. Corrumpe-  
tur enim:nec cuiusuis est hominis pspiritatem ferre. Quod si ac-  
cumulate dati sint allicubi honores: non sunt simul omnes postea  
ausserendi: sed paulatim. Maxime vero lege ita puidere conatu-  
est: vt nemini sit excessiva potentia:neq; amicorum:neq; pecunia-  
rum. Quod si ita contingat per absentiaz remouende sunt hmot  
chominum clientele. ¶ Cum vero ex priuata etiam vita res noue  
oriantur magistratus constituedis est quidam qui sit quasi in  
specula ad mores ciuium intuendos:ne quis ita viuat vt resp.no-  
cere possit. In populari quidem statu ne aliena viuat a populari-  
tate. In paucorum autem: potentia: ne aliena a natura eius gu-  
bernationis. Eodemq; modo de alijs speciebus rerumpu. Et si  
quid exultet pspiritateq; sit allatum in ciuitate: ptrialatum ob-  
seruandum est: ppter easdem causas. Cuius rei remedium est sem-  
per contraria pribus magistratus z res agendas comittere:con-

trarias ptes voco ceu pstantes viros multitudini: et dinites pauperibus. Nonandumqz est vel admiscere pauperes cum diuitibz vel medios augere. hi enim dissoluent seditiones ob imparitatem pcedentes. **C**ontra maximum vero illud est in omni repu. et legibus et cetera omni diligentia constituendum: ne ex magistratibus ultra pueniant: id autem maxime in paucorum gubernatione est obseruanduz: leuius enim ferunt populi qui a repu. excluduntur quinimmo gaudent qz sua agere non impeditur. At si existimat eos qui magistratus gerunt ex his que cōia sunt ditari duplēm caplunt molestiam: et qz ab honore excluduntur: et qz a lucro. Uno vero mō contingit simul existere popularem statum et optimatum: si ita quis instituat foret enim ut et nobles et plebei haberent queritqz vellent. Licere enim omnibus rempu. gerere: populare est magistratus vero a nobilibus teneri optimatum. hoc autem accidit quando ex magistratibus non pueniunt lucra: pauperes enim magistratus nō volent si nil insit lucri: sed potius suis rebus propriis intendere: diuites autem quia non indigent ex repu. lucrari magistratus gerent: atqz ita cōtinget egenis quidem ditari ob operaz rebus suis impensam: nobilibus vero non subisci cūcūqz Ad hoc autem ut non surripiantur pecunie publice aditio fiat a ciubus omnibus pecuniarum suarum et descripte per societas et ordines: et tribus deponantur. Quod vero magistratus sint absqz lucro statuendi per legem sunt honores his qui optime se gesserunt. Sportet autem in populari statu diuitibus parcere: ac non modo possessiones eorum non auferre: sed ne fructus quidē earum: quod in quibusdam ciuitatibus imprudenter fit. Nihil enim est volentibus prohibere ne munera illa subeant que sunt magni sumptū ac nullius utilitatis: ceu choros exhibere et ludos et faces instar Chitorum: et cetera huiusmodi munera. **I**n paucorum vero gubernatione cura est pauperum suscipienda diligenter: et officia quibus sunt salario constituta istis tradenda: et si qz diuituz eos contumelia affecerit: maior pena est constituenda. qz si ipsi inter se idem fecissent. Et successio in hereditatibus per cognationem sit: non per donationem: nec valeat quisqz plures hereditates capere: sed unam solummodo. Per hunc enim modum magis equales erunt facultates: et egenorum permulti ad abundantiam traducentur. Utile est et in populari statu: et in paucorum gubernatione: aliorum vel equalitatem vel presidentiam tribuerre his qui minus participant repu. In populari quidē diuitibz: In paucorum vero gubernatione egenis: exceptis tamen his magistratibus: in quibus vis auctoritasqz reipu. consistit. hi enim soli his qui sunt ex repu. aut saltem pluribus cōmitti debent. **C**on conditionibus p̄cipios adeuntium magistratus: et p̄ceptis popularitatum: et potentati saluādoz. **L**ap. nonum.

# Liber Quintus



Ria vero debent habere illi qui principales magistratus sunt suscepturi. primum ut ament presentem ciuitatis statum. deinde ut habeant potestiam maximam ad ea exequenda que magistratus requirit. tertium ut habeat virtutem et iustitiam invnaquaque repub. ad ipsam repu. Nisi enim iustus id est in cunctis rebus pu. necesse foret et iusticie esse differentias. **C**habet autem dubitationem quando hec omnia non concurrunt in quemadmodum sumere oportet: ceu si sit quidem aptus ad rem militarem: sit autem ille idem improbus: nec reipub. amator: alter vero iustus et amator: sed ad rem militarem non aptus: cuius facienda sit electio. Videtur inspicendum esse ad duo: culus magis partiment omnes: et culus minus. Quapropter in re militari quidem ad peritiam magis quam ad probitatem est respiciendum. Pauciores enim sunt rei militaris periti: plures vero probitatis. contra vero in custodia et administratione erari: plus. n. probitatis requiritur quam quantum habeat multi: scientia vero huic co-  
**A**munt est omnibus. Dubitari etiam potest si potentia assit rei pu. et amicitia quid opus est virtute: sufficient. n. illa duo ad reip. utilitatem. an quia fieri potest ut duo illa honestes sint intemperati itaque ut sibi ipsi non obtemperant scientes et amantes seipso: sic etiam erga rempu. nihil vetat ita se habere quosdam. Simpliciter autem quecumque in legibus proclasse diximus cuncta illa repu. conseruant. Et quod sepe iam diximus maximum fundamentum est custodire ut potentior sit ea pars que rempu. saluare velit quam illa que nolit. Preter hec autem omnia latere non oportet quod molestet eas respu. que transgrediuntur mediū. Multa. n. popularia videtur que popularē statum dissoluunt: multa etiam que paucorum esse vñr: dissoluunt paucorum gubernationem. Qui vero existimant hāc esse vnam virtutē: trahunt ad excessum: ignorantēs quae quemadmodū nasus: excedit rectitudinem laudabilem ad aquilinum esse vel simū: sed tamen pulchritudinem ac gratiam retinet: at si quis magis trahat ad excessum primo quidē abiicit congruentē mensuram p̄tis: tādem vero ita disponitur: ut nō nasus appearat p̄p̄ sup̄ excellentiam ac defectum contrariorum: eodem modo et de alijs partibus. Contingit autem hoc et circa alias gubernationes: nā paucorum quidem potentiam et popularem sufficienter se habere contingit: et si transgrediatur ab optimo statu: quod si quis intendat magnis utrāque earū: deteriorē p̄mum efficiet rempu. tādē vero negat rempu. esse. Quapropter id non ignorari oportet a legis conditoribus ac ciuii homine: qualia popularium seruent populi statū: et qualia paucorum appetitā paucorum gubernationē: nulla enim istarum videtur stare posse absq; opulentiss et multitudine. Sed quā adequatio fiat facultatum: altam necesse est esse rempu.

Itaqz dissoluentes leges que sunt circa excellentiam dissoluunt  
respu. Aberrant vero et in populari statu: et in paucorum gubernatione. In populari quidem ductores populi: ut multitudinem dos-  
minam legum efficiant: ob id enim faciunt semper civitatem opulen-  
tis repugnantem. at oportebat contrarium videri semper dicere pro  
opulentis. In paucorum vero gubernatione pro populo: eos qui  
rempubli. gubernant: et conteraria iurare quod nunc iurent. In quis-  
busdam enim civitatibus nunc iurant populum odio habeo: et  
consilio annitar ut male habeat. Experti autem simulare ac fin-  
gere contrarium atqz ita iuramentum concipere: non afficiam po-  
pulum iniurijs. **C**ontra maximum autem omnium que dicta sunt ad  
reip. stabilitatem est id quod nunc parvifaciunt omnes eruditii ad  
reip. disciplinam. **A**thil. n. psunt utilissime leges que a gubernato-  
ribus decernuntur: nisi moribus instituti et disciplina imbuit in re  
pub. homines fuerint: si leges populares populariter: si paucorum  
potentie ad hanc ipsam gubernationem. Nam si est in uno intempe-  
rantia: est etiam in civitate. **D**isciplina autem reipu. est non ea sa-  
cere per que letentur pauci potentes: aut populares: sed per que va-  
leant illi quidem paucorum gubernationem tenere: hi vero popu-  
larem. Nunc autem in paucorum potentia gubernatorum filii de-  
litius intendunt. **T**enuioruz autem filii gymnasij laboribusque exer-  
centur: itaqz et volunt magis et possunt res nouas moliri. In popu-  
lari vero statu que maxime videtur esse popularis contra quam  
utile sit constitutum est. huius rei causa est male diffiniunt liber-  
tatem. **D**uo sunt enim quibus popularis status diffinitur potes-  
tate summa potest: ac libertate. **I**ustum autem equum videt esse  
equum vero quocunque videatur esse multitudine id esse principium  
Liberum autem et equum quocunque velit quis facere. Itaqz viuit  
vnusquisque ut vult in hmoi populari statu et ad quod gliscit: ut ait  
Euripides: sed hoc est prauum: non enim putandum est esse serui-  
tutes vivere ad formam reipu. sed salutem. Ex quibus igitur mu-  
tantur respu. et corruptuntur: et per que seruantur: et permanent:  
et simpliciter dicamus: tota et talia sunt.

### **C**ontra mutationibus regni et tyrannide.

#### **C**ap. decimum.

**E**stat nunc videre de multis gubernatione ex quibus Regnima  
corrum patitur: et per que seruari valeat: sere autem simi-  
lia ac ppinqua sunt illis quod diximus supra de ceteris tatio ex ty-  
gubernationibus: illa que circa regnum et circa tyrannide randidis.  
cotingunt: nam regia quidem potestas optimatus  
gubernationi rident. **T**yrannis autem paucorum potentia illa po-  
strema et ex populari modo ponitur. **N**appa pernicioissima est his quod  
sub ea sunt ut ipse ex duobus posita malis: et transgressiones rede  
licta stinens: quod ex ambabus illis reip. gubernationibus pueniuntur.

# Liber Quintus

Exstititq; generatio statim ex cōtrariis vtric; istarum. Hac regia potestas p tutela prestantium viroꝝ contra populuꝝ reperta est & fit rex ex prestantibus p excellentiam virtutis: vel rerū gestarū que sint a virtute: vel p excellētiaꝝ huiusmodi generis. Tyrānis vero originem habet a populo ac multitudine contra nobilitatē ut populus iniuriam ab illis non patiatur: patet hoc ex his que contigerunt. Fere em̄ tyianni ut plurimum facti sunt ex ducib; populoꝝ: fidem adepti ab initio ppter calumnias contra nobilitatem factas. Tyrannides igitur alle in hunc modum constitute sunt ciuitatibus iam adiuctis. Aliie prius ex regib; transgredi entib; patria iura: & affectantibus magis dominari. Alle ex ele ctis ad principales magistratus. Antiquitus enim populi constituebant diurniores administrationes & procurationes. Aliie ex paucorum potentia eligentium unum aliquem ad maximos magistratus. Omnibus istis modis facultas fuit id preſiendi si modo voluissent per potentiam sibi preexistentem: vel ex regia potestate: vel ex honorib; a populo exhibitis: ceu Phidion apud argos: & alii alibi regiam potestatem habentes tyranni sunt facti. Circa Ioniām vero tyranni & phalaris ex honoribus: Panetius quoq; in leontinis: & Lyscelus corinthi: & polistatus atenis: & Dionysius syracusis: & alij eodem modo ex fauore populorum: apud quos multum poterant. ¶ At ergo diximus regia potestas instituta est secundum optimatum gubernationem est enim secundum dignitatem vel per virtutem propriam: vel generis: vel per beneficia collata: vel per ista simul ac potentiam. Omnes enim qui maxima beneficia in ciuitates gentesq; contulerunt: vel qui eam facultatem habuerunt ut conferre valerent: hoc honore potiti sunt. Alii bello conseruatis populis ne in servitatem deuenient: quemadmodum Codrus. Alii a seruitute liberatis vt Cyrus. Alii q; condidissent urbem: vel q; regionem acquisissent: quemadmodum Lacedemoniorum & Macedonū & Molossorum reges. Vult autem rex esse custos vt qui diuitias habent nihil iniustum patiantur: nec etiam populus afficiatur contumelias. ¶ Tyrannus autem (vt sepe iam diximus) ad nullam communem respicit utilitatem nisi gratia proprii commodi. Est autem obiectum tyranni quod placeat: regis quod honestū sit. Quamobrem & illa in quibus plus habent: sunt tyrannis quidem pecunie: regib; autem honores. Et custodia regi a ciuitibus suis est: tyranno auctoritate a peregrinis. ¶ Quodvero tyrannis cōtineat illa mala / que sunt & popularis gubernationis: & paucorum potestate manifestum est. Ex paucorum quidem potentia finem esse diuitias: per has enim solas necesse est permanere: ut conductos retineat custodes: ut sumptus faciat in educando: ut populo suo in nulla parte confidat. Itaq; arma ciuitbus suis adi

meret

mere: ac multitudinem populi conculcare: ac ex urbe pellere: et va  
 cu habitatoribus ciuitatem reddere: communia sunt paucorum  
 potentie et tyrannidis. Et populari autem verare nobilitatem: clam  
 euertere et aperte in exilium pellere tanquam aduersarios et machi-  
 natores contra potentiam suam. Et his enim et insidias aduer-  
 sus eos intri contingit: alijs dominationem affectantibus: alijs  
 seruitutem fugientibus. Unde Periandri consilizii Thrasibulo  
 datum supereminentes spicas decerpere tanquam opportunum semp-  
 sit eminentiores ciuium de medio tollere. Ut igitur fere dictum  
 est: eadez principia mutationum sunt existimanda: et in rebus pu-  
 et in viuis gubernatione. Per contumeliam. n. et per metum: et per  
 contemptum insurgunt plerique subiecotorum aduersus dominantes.  
 Iniurie vero maxime per contumeliam: non nunquam etiam per abla-  
 tionem rerum sunt. Sunt autem et fines ibi tales quales sunt circa ty-  
 rannides et regna. Opes enim honores qui in tyrannis regibusque  
 conspicuntur maximi: affectant omnes. Insurgitur autem quoniam  
 in corpus dominantis: quoniam in ipsam dominationem. Quoniam autem per  
 contumeliam inducuntur homines ad insurgendum: dum imperius  
 fit in corpus. Tunc sint contumelie partes plures unaqueque illa-  
 rum concitat ad iram. Trascentium vero plurimi vltionis causa  
 imperium faciunt: non causa potentie quale fuit illud filiorum pat-  
 sistrati. ob contumeliam. n. sorori Armodi illatam: et ipsum Ar-  
 modium iniuria affectum: imperius in eos factus est: ab Armo-  
 dio quidem propter sororem: ab Aristogitone autem propter Armodium  
 Aduersus Periandum quoque Ambracie tyrannum insidie facte  
 sunt ex eo: quod in potu quem amabat puerum interrogauit an ad  
 hoc ex se pregnans esset. Philippus vero a Pausania occisus  
 est: quod non vlcisceretur contumeliam sibi factam ab Attalo. Et  
 Amyntas parvus a Didera: quia lactaret se eius etate abusum.  
 Et eunuchus ab Euagora cum puto: quia enim mulier renuit filium eius:  
 quasi contumelia affectus eum necauit. Plurime vero in-  
 uisiones facte sunt ex eo: quia in corpus verecundiam intulissent  
 nonnulli eorum qui soli erant in principatu: qualis fuit inuasio il-  
 la Cratei aduersus Archelaum. Semper enim molesta illi fuerat  
 consuetudo eius: itaque parua etiam occasio sufficiens fuit: vel quod  
 filtrum nullam sibi dederat cum se daturum promisisset. Sed pri-  
 mariam aucupatus a bello aduersus Sirrā arabeum tradidit regi  
 Elbie. Alteram vero filiam minorem natu filio Amynte coniu-  
 gavit: existimans per hunc modum minime sibi fore aduersatu-  
 rum ex Cleopatra genitum: sed indignationis principium extitit  
 quod grauster ferebat se ad libidinis gratiam haberi. Fuit una  
 cum illo ad rem patrandam Hellanocrates larisseus ob eandes  
 causam. Qui enim abusus etate illius non ut promiserat factebat  
 in patriam deducti: ob contumeliam id fieri ratus est: non ob amoem.  
 Aristo. lib. politorum. CC

## Liber Quintus

Parron vero et Heracles entenses Lotyn peremerūt patri ma-  
ctantes. Adamas vero a Loty rebellauit quasi contumelia effe-  
ctus qd ab eo in pueritia exectus esset. Multo etiam ob verbera-  
rum corpus vel interficerunt ira perciti vel impetum fecerunt qd  
si contumelia affectis contra homines in potestate constitutos: et  
contra reges: ut Hegacles apud Antilenum Penthalidas cir-  
cūentes et clava pulsantes cum amicis aggressus interfecit. Et  
postea Smerdes verberibus cesus et a muliere tractus Penthi-  
lon interemit. Archelat vero necis princeps fuit Decannichus.  
is enim primus ceteros aggressores commouit et irritauit. Lau-  
sa vero fuit tra qd illum Archelaus Euripidi poete verberanduz  
tradidisset. Erat vero infensus illi Euripides ob maledictum in  
ipsius insuauitatem oris factatu. Et alij complures tali de cau-  
sa vel interfeci sunt: vel in periculu insidiarū deuenerunt.

**S**i multiter quoq propter metum: hec enim vna ex causis est vt in re-  
pu. sic etiam in vnius gubernatione. ceu Xerxem Artapanes me-  
tuens ob calumniam de Dario quod eum eleuasset Xerre non  
subente: sed putans illi veniam esse datam propter cenam quasi  
non reminiscere. **E**llie vero propter contemptum. vt videns  
quidam Sardanapalum regem inter eas mulieres pensa diuidē-  
tem (si modo hec fabula vera fuit) et si non in illo: attamen hoc in  
alio verum esset. Et Dionysium posterorem. Non inuasit qd eū  
contemnebat. conspiciens ipsum Dionysium semper ebrium: et ci-  
ues syracusanos ita se habere. Amicorum etiam quidam insur-  
gunt propter contemptum. ob fidem enim eis adhibita spernit  
tanq facultatem habentes clam motiendi: et putantes se domi-  
nationem obtinere posse quodammodo per contemptum inua-  
dunt. Tanq enim potentes et contemnentes periculum propter  
suam potentiam faciliter insurgunt. vt duces quidem exercitus  
aduersus principes suos: quemadmodum Cyrus contra Astia-  
gem: cutus et vitam et potentiam contemnebat: cernens et copias  
eius sā consenuisse: et ipsum in deliciis vitam agere. Et Seuthes

**H** Thracius aduersus Amadocū cum esset dux exercitus. **Q**ui  
dam vero huiusmodi plurium gratia insurgunt: seu propter con-  
temptum et lucrum: veluti contra Ariobarzanem Hythridates  
Harime vero propter hanc causam insurgunt hi qui sunt natu-  
ra superbit et honorem habent ex rebus bellicis apud dominates  
et principes: fortitudo enim potentiam habens superbia est: per  
quas ambas quasi faciliter superatur eos aggrediuntur.  
**E**orum vero qui ob honoris cupiditatem insurgunt aliis mo-  
duis est cause ultra tam dictos. Non enim vt quidam tyrannos in  
uadunt spe magnorum commodorum magnorumq honorum  
quos in illis cernunt induci: sic et qui ob honoris cupiditatē eos  
aggrediuntur. Sed illi quidem: vt ea sibi arripiat que in tyrānis

admirans. H[ab]it autē vt ex re gesta memorabili atq[ue] egregia famā ac celebritatē nominis consequātur: tyrānos adorūtūr: nō dñā ttonem acquirere volentes. sed gloriā. Sunt tamen perpauci q[uod] ob hanc causam moueātur. Constituendū est em̄ sibi vtiendum non esse nisi rem consecerunt: quibus adesse op̄z Dionis proposi-  
tum: sed non facile quidē fieri in multis. Ille em̄ cum paucis mi-  
litibus contra Dionysium profectus: ait quātumcīq[ue] progrederi  
posse satis id sibi fore: vt si vel parū terre illius iuasisset pulchrū  
iam sibi mori existimaret. Corrupuntur autem tyrānides vno  
quidem modo vt vnaqueq[ue] altarum rerumpu. ab extra si aliqua  
sit contraria respub. robustior. Nam volūtas quidem aderit pro-  
pter contrarietatem electionis. Que autem volunt omnes effi-  
ciunt modo possint. Contrarie vero sunt gubernationes: popu-  
lus quidem tyrānidum b[ea]tūm Hesiodum vt figulo figulus: nam gu-  
bernatio populi illa postrema tyrannis est. Regia vero potestas  
et optimatum gubernatio propter contrarietatem gubernandi.  
Quapropter Lacedemoniis multas euerterunt tyrānides: et Ly-  
racusani per id tempus quo respub. eorum recte gubernabatur.  
Alio autem modo corrupuntur cum in seipsis seditionē ha-  
bent: quemadmodum Circa Selonem factum est et nunc circa  
Dionysium: Selonis enim filium Thrasybulus Hieronis fra-  
ster per illecebras et voluptates traducebat vt ipse dominaretur.  
Domesticivero ac necessarij per factionem repugnabant vt non  
tyrannis omnino dissolueretur: sed Thrasybulus. Verum alijs in-  
ter hoc conspirantes eam occasionem nacti ipsos omnes pepu-  
lerunt. Dionysium autem Dion contra eum copiis ductis cum  
esset affinis suscepto populo illum pepulit: ipse vero interfectus  
est. C[on]tra h[ab]it due sint cause propter quas marine contra tyran-  
nos insurgunt: odium scilicet et contemptus: odium quidem exi-  
stat oportet in tyrannos. Ex contemptu autem plurime fiunt  
euisiones. Huius vero signum fuerit quod pleriq[ue] eorum qui  
dominationes adepti sunt: eas vscq[ue] ad extremum coservauer-  
unt. Sed qui ab alijs suscepserunt confessim (vt ita dixerim) pe-  
rierunt omnes. In voluptatibus enim viuentes efficiuntur fac-  
ile contemnendi ac multas p[ro]ebent occasiones opprimendi sui.  
Particulam vero quandam odii debemus iram existimare nam  
quodammodo earundem rerum causa existit: et est interdum ira  
efficacior q[uod] odium: vehementius enim insurgunt: quia pertur-  
batio illa nō vtitur ratione. Martine vero cōtingit vt ira deferā-  
tur q[ui] cōtumella fuerunt affecti. Per quā quidē causam et p[ro]lixi  
stratidarum delecta est tyrannis: et multe altarum. Sed odium  
magis. Nam ira cum dolore fit: quare non facile ratione vtitur.  
Odii vero sine dolore. Ut autē summātū dicamus quotcūq[ue]

## Liber Quintus

causas diximus paucorum potestate illis per praeceptate atque po-  
strem et popularis gubernationis extreme: totidem et tyrannides  
causas esse ponendū est. Nam et he sunt tyrannides quedam atque  
sub tyrannidū divisione contente. **C**Regnum autem ab his que  
extra sunt quod minime corruptur: quaque et diuturnius est. ex se au-  
tem ipso: ut plurimi suos euerti contingit. Corruptur autem duobus mo-  
dis. Uno si sedatio ouatur inter eos qui participes sunt regni.  
Allo modo si tyrannice gubernare pergant: volentes esse domini plus  
rūm et contra legē. **N**on sunt nunc amplius regna: sed si qua  
sunt monarchie et tyrannides magis sunt: ob id quod regnum spontanea  
gubernatio est: dominus vero maiorum est. At plurimi pares sunt  
neque rūcū adeo precellentes ut ad magnitudinem dignitatemque huius  
gradus se possunt attolcre: atque ex eo sit ut sponte illi non pareat  
tur. quod si deceptione quis autem videtur: iam appareret hanc esse ty-  
rannidem. **I**n regnis autem illis in quibus succeditur per genus  
ponendū est corruptionis esse causam: ultra illas que supra sunt  
dicte: neque plerumque contēndi homines succedunt in regnum: et quod  
cum non habeant potentiam tyrannicā sed regiam: superbiunt. Est  
enī facilius deiectione regis: si enim nolunt statim non erit rex. At etiam  
tyrannus etiā nolentū est. Corrumptunt ergo gubernationes  
vnius: per has et huiusmodi causas.

**P**erque regna saluantur: et quibus modis retinens tyrannides.

### Capitulum undecimum.

**S**unt autem simpliciter loquendo ex contrariis. Singulariter autem loquendo per deductionem illarū ad me  
diocrem modum: quāto enī magis restringit potestas oīs  
tanto maiori tempore necesse est eam durare. Nam et ipsi  
qui regunt minus superbiunt magisque moderati sunt: et illi qui  
reguntur inuident minus. Propter hoc enī et apud Nōlōssos lō  
go tempore durauerunt reges: et apud Lacedemonios quod ab ini-  
tio statim in duas partes diuisa fuerit regia potestas: et postea Theo-  
pompus ad mediocritatem magis illam deducēs. Ephoros su-  
peraddidit potestatē quidē minuens: sed tamen augens regiam au-  
ctoritatem: ut faceret eam quodāmodo non minorem: sed maiorem:  
ut ad vrom respondisse ferunt dicentes: an non erubesceret quod si  
lijs minorem potestatē regiam derelinqueret quod a parentib⁹ ipse  
accepisset: non profecto inquit: nam relinquo eis multo durabi-  
**B**lio:em. **T**yrannides vero seruantur duobus modis inter se cō-  
trariissimis. Quorsū alter est is quem per successionē traditū plu-  
rimi tyrannosi obseruant. Illos autem multa constituisse ferunt  
Pertinacē countiū. Multa etiā ex gubernatione persarū est  
assumere. Sunt autem illa pertiniosa que supra retulimus om-  
ni conatu a tyrannis fieri quo divisionem retineat veluti poten-  
tiores deceperere: et sapientes perimere. Et neque commissarienes

permettere: neq; so dalitates: neq; disciplinā: neq; alia qnicq; ra  
 le: sed oia cauere. vnde consueuerint oiri inter ciues intelligētia  
 et fides. Et neq; scholas: neq; conuent⁹ aliquos vacationis alicu  
 ius fieri cōcedere: et oia facere ex quibus clues inter se q̄z maxime  
 incogniti sint oēs. Lognitio enim fidem generat inter ipsoſ: et sa  
 tellites eius apparere ſemper: ac versari foris: quominus latere  
 poſſit quid quisq; agat: aſſuēſcātoſ animū ſubmittere p seruitutē  
 continuā: et alta quecūq; talia persica et barbara tyranidis ſunt.  
 Lunc a eī idem valent. Et ne lateant conari quecūq; quis dix  
 rit aut fecerit: sed eſſe exploratores quēadmodū Syracuſis hi q  
 deductořes nuncupabān et auricularij: quos ſubmittebat hie  
 ron vbiſung; fojet congregatio aliqua vel conuertatio. Minus  
 eī audent: qui talia formidāt: et ſi audent: minus latere poſſunt. C  
 Calūnari quoq; inuicem et collidere amicos cum amicis: et ple  
 bem cum nobilitate: et diuites inter ſeipſos: et ſubditos ad paup  
 tatem redigere tyra nice eſt prauitatis vtneq; ſumptuſ ſiat in cu  
 ſtodia: et illi quotidianiſ moleſtijs occupati vacare non poſſint  
 ad consilia contra tyranos incunda. Exemplū huius autē py  
 ramides egypti: et donaria Lysēlidarū: et olympi: edificatio a  
 Pittiſtratiſ facta: et Poliſratis opera circa Samū. Hec eī oia  
 fuerunt iſtituta ad oculum et quietē populoř tollendā: et ad in  
 duendā paupertatem per tributorū pensionē: vt etiā Syracuſis fa  
 cium eſt. Dionyſio eī eam ciuitatē tenēte cōtingit Syracuſanos  
 in quinq; annoř tpe cunctas facultates ſuas in ſoluēdis tribu  
 tis consumpiſſe. Strudet etiā bellū concitare tyra⁹: vt nego  
 cios occupent ciues: et indigentia ducis continuo detineant. Et E  
 regnū qdem p amicos ſeruat. Tyra autem eſt maxime amicis  
 diſfidere: quaſi velint omnes: poſſint aut maxime amici eum ſub  
 uertere. Et q ſiunt circa ultimā popularē gubernationē tyra  
 nica ſunt oia: vt potentia mulierū domi quo reuelent ritoy ſecre  
 ta. Et manumiſſio ſeruoř eadem de cauſa. Nō eī insidiant ſer  
 ui et mulieres tyra⁹: et ſi proſpere degāt neceſſe eſt vtroq; bent  
 uolos fore: et erga tyranidem: et erga popularē ſtatuum: nam et po  
 pulus dominus eſſe vult. Ex quo ſit vt adulatořes apud vtroq;  
 in honore habeātur. Eſt eī qui populum colit et dueit populi  
 adulatoři. Tyranorum vero qui aſſentando cōuersatur quod eſt  
 opus adulatořis. Nam propter hoc prauos amicos habent tyra  
 ni p adulatioňib; gaudent. Id autem nemo faceret qui mente  
 haberet libero homine dignam: ſed amant boni viri vel nō adu  
 lantur et utiles prauis ad praua. Clauis enim clavo: vt dictat pro  
 uerbiū. Nullo quidem honesto nulloq; libero delectari tyra  
 nicum eſt. Se eī ſolum eſſe talem putat tyrañus. Qui autem  
 ſubditoruſ vel honestati ſtudent vel libertati minuere excellentiā  
 et preeminentiam tyranidis videntur. Oderunt ergo illos tyra

# Liber Quintus

ni: tanq̄ euersores potestatis sue. ¶ Peregrinos etiā in cōuīsta  
et familiarē vsum magis recipere q̄ ciues: tyranorum est. quasi il-  
los quidē habeat hostes: hos vero nō aduersantes. Hec et hmoi  
a tyranis sunt pro dñatione retinenda: nec quicq̄ omitunt pra-  
uitatis. ¶ Sunt autē (vt ita dixerim) hec oīa tribus specieb⁹ cō-  
prehensa. Tria enim coniectat tyranus. Unū vt aīos imminuat ci-  
vitatum paucaq̄ sapiat. nemo em̄ parui animi cōtra tyranum insur-  
git. Scđm vt ciues inter se dissidentes reddat: nō eueritur em̄ ty-  
rannus nisi ciuitum aliqui inter se fidē habeant. Et bonos viros  
persequitur quasi pestiferos et aduersarios dñationi sue: nō solū  
qr̄ nō acquiescūt in seruitutē viuere: verūtia qr̄ fides eis et inter  
se: et ab aliis plurima adh̄betur: neq̄ accusant altos: neq̄ ipsi in-  
ter se accusantur. Tertiū impotentia agendi. nemo em̄ sibi impos-  
sibilia aggreditur: itaq̄ neq̄ tyranidē tollere si potētia desit. Ad  
quos ergo fines referātur tyranorum consilia tres isti sunt. Ad  
has em̄ suppositiones tyrānica redigi possunt vniuersa: partim  
ne confidant inter se ciues: partim vt potentia eis desit: partis ut  
pusillanimi efficiātur. vn⁹ ergo mod⁹ quo vtūtir tyrāni talis est.

¶ Alter vero modus ex contrario fere his que dicta sunt diligē-  
tiā facit. Est autem deprehendere ipsum ex regno sū corruptio-  
ne: vt enim regni modus corruptionis vnuis est gubernationem  
ipsam regiam magis reducere ad tyrannicā: ita tyranidē conser-  
uatio est ad regiam gubernationē magis eam referre: vnuis solū  
modo custodientē vt potentia retineant: per quā non modo vo-  
lentibus verūtia nolentibus dñari possit. Nam si hanc abiūctat  
simul abiūcit et tyranū esse. Sed hoc tanq̄ suppositionē quandā  
manere op̄z. Letera vero partim facere: partim q̄ optimē simu-  
lare: vt regia gubernatio videatur. Palmū em̄ videri cōmuniū  
cōmodorum curā habere: non effundentē largitiones tantas ut  
ciues moleste ferant: quandoquidē ab illis capitur operantibus  
aclaborantibus in sua tenuitate. Nonant vero scortis et peregr-  
nis et hystrionibus effuse. ¶ Rationem reddant eorum que acce-  
perint et expenderint: quod iam factum est a quibusdā tyrannis.

¶ Sicenū administrans non tyranus vdebitur: sed legitimus  
governator. Nec erit ei formidandum: ne quandoq̄ sibi desint  
pecunie cum sit dominus ciuitatis: ac si dispergerent tyranter  
propria domo: et prodest hoc magis q̄ relinqueret congregatas.  
Minus enim custodes ipsi contra tyranum insurgerent. Sunt  
autem formidabiliiores absentibus tyranis qui custodiunt quā  
ciues. Nam illi quidem absunt: hi autem remanent. Deinde red-  
ditus et impensas apparere oportet: tum gratia diligentis admis-  
sionis: tum etiam vt si quādo foret opus: illis vt possit ad  
belli necessitates omninoq̄ seipsum probere custodem et questo-  
rem nō vt suarum pecuniarum sed vt commūnium et publica-

Tria ty-  
rann⁹ cō-  
iectat.

rum. Et videri velle non asperum: sed cum grauitate honestum et  
talem: ut eum non timeant obuij: sed magis reverentur. Hoc aut  
non facile est eum assequi qui foret contēnendus. Quapropter  
opus est et si non aliarum virtutum: at saltem ciuilis eum curam  
habere: ac talem de seipso opinionem afferre. Insuper non solū  
ipsum videri nulli protinus ciuium contumeliam facere: sed etiā  
neminem illorum qui circa eum sunt. ¶ Eodemq; modo se habe  
re mulieres suas erga ceteras mulieres. Nam et per cōtumelias  
mullerum permulte iam tyrannides perierunt: et circa volupta  
tes corporis contrarium facere quam nunc faciunt quidam tyra  
ni. Non solum enim statim ab aurora id agunt conuentantq; per  
dies plures: verum etiam apparere volunt alijs quod ita faciant  
ut tanq; felices beatosq; admirentur. Sed in talib; maxima erit  
moderatio adhibenda vel saltem videri ab alijs illa fugere. Non  
enim faciliter innati potest: nec faciliter contemni qui sobrius  
sit: sed qui ebrios: neq; qui vigilet: sed qui dormiat. Contrariq;  
agendum est supradictorum fere omnium. Corrobora etiam  
et ornanda ciuitas est ab eo tanq; a curatore: ac non tyranno.

¶ Videri etiam oportet ipsum erga religionem deorum afficie  
hementer. Minus enim formidabunt populi ne quid contra ius  
sticiam fiat si religioni deditum illum existimabunt principem ac  
deorum timorem habere: minusq; contra illum audebunt insur  
gere quasi deos habeat propittos et fauentes. ¶ Verum tamen  
oportet sine improbitate talem videri: atq; eos viros qui aliqua  
in re laudabiliter se gesserint honorare: ita ut non existiment vnq;  
se magis honoriari a ciuib; suis in libertatem degentibus po  
tuisse: hos autem honores ipsem et tribuere debet tyrannus: pe  
nas vero et animaduersiones per altos infligere: per magistrat<sup>um</sup>  
vz. et iudicia. Communis vero custodia omnis dñationis viuis  
est neminem vnum pre ceteris magnum facere: sed plures: nam se  
in vicem custodient. Quod si quem extollere oporteat: non tamē  
eum qui sit moribus audax: nam hmoi hoies aptissimi sunt ad in  
uadendum circa res omnes. Si vero cuiusq; potentia minuenda  
est modice ac non uno simul impetu omnis potestas est auferen  
da. ¶ Insuper ab of cōtumelia abstinentum: precipue tamen a  
duabus: ne in corpus flagris: neve in etate libidine insultu agat.  
Maximeq; id cauendum in illis hominibus qui honorem ma  
gnificiunt. Nam in pecunias illatas iniuria auari hoies graui  
ter ferunt. In honorem vero illata et qui boni sunt viri et qui ho  
norem magnificiunt permoleste patiuntur. Quapropter aut nō  
huiusmodi hominum opera vtendum est: aut animaduersiones  
in illos primo more ac sine villa cōtumelia sunt faciende. In eta  
tem vero ex amore sit conuersatio non ex licentia. Deniq; hoc de  
decoris impetuione majorum honorum est redimendum: eo-

# Liber Sextus

rum autem qui vim inferendam contra corpus tyranni insurgunt: illi sunt formidabili: et cauendi qui ita dispositi sunt ut amplius viue re non curerent cum occiderint. Quapropter maxime cauendum est ab his qui vel seipso vel eos quos habeant charissimos contumelias affectos putant: sine ulla enim cura proprie salutis irruunt qui per indignationem iram aggrediuntur. Quemadmodum et Heraclitus annquit durum esse dicens pugnare aduersus iram. Alta enim id emit. Et si vero ciuitates ex duabus consistant partibus: ex inopibus scilicet et opulentis maxime quidem de virtutibus partis salute cogitandum est ab eo qui gubernat et alteros ab alteris nulla iniuria affici. Quicunque tamquam eorum sint potentiores hi precipue sunt a gubernatione vendicandi: ac velut proprijs efficiendi. Nam si hoc extiterit neque seruorum liberationem facere compelletur tyrannus: neque arma adimere. Altera namque pars tyranni potestate adiuncta sufficiens erit ad superandum eos qui contra insurgeantur. Superfluum autem particulariter dicere de omnibus istis. Intentio enim manifesta est quod oportet non tyranicum: sed tantum patrem famillias et regem esse putari ab illis qui sub eo sunt: nec pro se capientem: sed pro communis utilitatis tutela et cura: et mediocritates in vita sequi non excessus. Preterea egregios viros per familiaritatem sibi coniungere. Plebem vero ac multitudinem per fauorem et gratiam in obsequio retinere. Ex his enim necesse est non solum dominationem eius pulchiori et optabiliore ex eo: quam melioribus imperet et non abiectis: neque ex eo quod ipse neque odio sit neque formidetur: verum tamen ex eo quod longiori et durabiliore eius dominatione fore contingat. Insuper moribus talis esse. ut vel recte se habeat ad virtutem vel semper bonus quod sit: ut vel recte se habeat: et non malus: sed seminalis.

**C**on de duratione tyrannidis et loco Platonis obscuro et reprobatione Socratis. Capitulum duo decimum.

**A** qui omnium gubernationum breuissime durare solet paucorum potentia: et tyrannis. Quippe illa que plurimo duravit tempore. Othagore et filiorum qui apud Styxos tyrannidem habuere ad centesimum usque annum peruenit. Durationis vero causa fuit quod mediocritate quasdam erga subditos vtebantur: multaque regibus seruientes agebant: et qui aptus rei militari fuit Lissenes non facile contemnendum habebatur. Plurimum vero conuersationes vsu familiari fauorem et gratiam hominum acquirebat. Fertur enim Lissenes coronasse iudicem qui victorie illius contradixerat. Aliud quoddam huius iudicis statuam esse illam qui in foro sedet. Prostratus quoque fertur aliquando apud consilium Alopagi cuiatus iudicium subuisse. Secunda vero apud corinthum Lyselidum tyrannis. nam ea durauit annis tribus et septuaginta et mensibus. Lysclus enim ipse tyrannide exercuit annistriginta. Peritam

drus vero quadraginta quatuor: psammeticus autem gordii annis tribus. **L**a vero durationis eadē fuit. **C**ū enim popularis esset Lysiphus ac gra apud multitudinem preualeret sine villa corporis custodia in dñatione perseuerauit. **P**eriedrus autem eius filius magis tyrānīce se gessit. Sed vir erat bello egregius. **T**ertia plisistratidarum Athēnis hic autem non fuit cōtinua. **E**is enim ex tyrānīde pulsus fuit plisistratus. Itaq; ex annis triginta tribus solū annis septē et decem tyrānidem exercuit. **F**ilij vero eius annis decē et octo: atq; ita oēs simul anni fuerat quinq; et triginta. **E**x reliq; vero illa q; apud syracusas fuit: Hieronis et Gelōis sed non longa fuit: hic annis enim nō amplius q; duo de viginti durauit. Gelon. n. septē annis cū tyrānidē exercuisset octauo defunctus est: Hieron autem decem. Thrasibulus vero mēle decimo excedit. **C**eterarū vero tyrānidum plereq; breui tpe durauerunt oēs. **Q**ue igitur sint tam circa gubernationē plurim q; circa gubernationem vnius solius per que et corruptantur ille et seruenatur: sere dictum est. **I**n repu. vero Platonis Socrates de mutationibus loquitur: nec tamē recte. Illius enim repu. que est optima atq; puma mutatio nulla propria assignatur. **I**nquit enim causam esse mutationis: quia sic natura comparatum sit ut nihil permaneat: sed in ambitu quodā tuis mutationem recipiat. **E**sse vero principiū horū inquit quoru sexquartus cubus qnaario cōiugatus duas exhibet harmonias. inquiens q; numerus diagrāmatis hmoē efficiatur solidus ut pura natura producēre prauos et meliores disciplina: hoc ergo forsan inquit non male. **S**iert enim potest ut sint aliqui quos disciplina institut ac bonos fieri viros impole est. **S**ed hic non propria mutatio foret illius repu. quam optimam esse vult magis q; altiarum omnium et vntuersorū que sunt etiā in tempore: propter qd inquit oīa mutari et que non simul incipiunt simulq; mutantur. **C**eu si puma dics esset mutationis simul mutantur. **P**rieterea quā ob cām ex illa trāsit ad lacedemoniorum repu. Sepe enim in contrariam trāseunt respu. omnes: vel in ea que sunt propinqua. **E**adem ratio est de alijs quoq; mutationibus: ex Laconica. n. inquit mutatio sit ad paucorū potentiam. **E**x ista vero ad popularem statum. **E**x illo rursus ad tyrānidē. Atqui et ecōtrario mutantur. ceu ex populati in paucorum potentiam: et magis quidem q; in vnius gubernationem. **P**rieterea tyrānidis vtrum mutatio sit vel non sit: nti dicit: propter quam causam nec in quam repu. spēm transit. **H**lus vero cā est quod nō faciliter dicere valebat: infinitum enim. **N**am secundum eum in primam et optimam: sic enim vtiq; fieret cōtinuo circulus. sed mutatur in tyrānidē tyrannis: ut ea q; apud slyōtos ex Myronis tyrānīde in Clithēnis. Et in paucorum potentiam: ut illa que in Thalide fuit Anticleōtis. et in populare

## Liber Sextus

statum ut illa que Selonis fuit syracusis. Et in optimates: ut illa que Lcharilai apud Lacedemonios et carthaginenses. Et in tyrannide fit mutatio ex paucorum potentia: ut in Sicilia plime vetustarum. In Leontinis in Panecis tyrannidem: et apud Selam in Cleandri: et apud Regium Thaxilai: et in aliis compluribus ciuitatibus eodem modo. **A**bsurdum etiam est putare in paucorum potentiam ideo transire: quia homines cupidi et pecuniarum studiosi in magistratibus versantur: ac non quia plurimi civitatis superabundantes non iustum existimant par habere in ciuitate eos qui non habent facultates: et eos qui habent. In multisque paucorum potentissimis non licet pecunias congerere: sed leges sunt id prohibentes: et apud Carthaginem que populariter gubernatur pecuniis student: nec tamen adhuc mutati sunt. **A**bsurdum etiam dicere duas esse ciuitates sub paucorum gubernatione opulentorum et inopum. Quid enim aliud huic quod Laonice accedit vel alteri cuiuscumque vbi non omnes equalia possideant aut non omnes equaliter sint boni viri: Nullo autem paupertore facto nihilominus ex paucorum transmutantur gubernatione ad popularem statum: si plures sint inopes: et ex populari in paucorum potentiam: si potentiores sint opulentis quam multitudine: et alteri negligunt alteri intendant. **C**umque plures sint cause ex quibus mutationes fiunt: eas non dicit sed unam solum quod prodigaliter viuentes usurpis confecti pauperes efficiuntur. quasi vero fuerint omnes ab initio diuites vel plurimi eorum: sed hoc falsum. Et quando ipsorum potentium quidam matrimonia consumperint res nouas moluntur: quando autem alii nihil graue accidunt et mutantur nequaquam magis in popularem statum quam in aliam speciem gubernationis. Insuper vero et si honores una cum aliis non capiant: si iniurias inferant: si contumeliis afficiant: seditiones oriuntur et mutationes in repu. Fiunt etiam (esi nulla dissipatio patrimonij intercesserit) ex eo quod licet quicquid volunt efficere. cuius rei causam esse ferunt nimiam libertatem. Cumque plures sint paucorum: plures etiam populi gubernationes: tanquam utraque una sit mutationes assignat Socrates.

**Quinti Politorum Aристο. Finis.**

## Sextus Politiorum Aristotelis.

**C**Quot que rebus publicis: paucorū potentiss: et popularib<sup>9</sup> gubernationibus: conuenient considerandum sit.

## Capitulum Primum.

**G**lot igitur sint differētiae: et quales eius quod delibera-  
randi h[ab]et potestatē: et in quo summa huius rei con-  
sistit in repub. et circa magistratuū ordinationē et  
de iudicijs: et qualia ad qualē ordinē rem p[ro]p[ri]e. et  
preterea de corruptionib<sup>9</sup> et conseruationib<sup>9</sup> rerū  
pu. ex quib<sup>9</sup> proueniāt: et quas ob causas: dictum  
est prius. Sed cū p[er]les sint species popularis: et si  
militer altarū gubernationū: de illis si quid restat nō p[er]fuit cō-  
siderare: ac simul vntcuiq[ue] earū propriū et cōuententē modū redi-  
dere: ac preterea cōsiderare cōiunctiones simul ipsoruū modoruū.  
Nam eoruū cōiunctionio parit rerū p[ro]p[ri]e. varietatē: ut et optimatū gu-  
bernationes ad paucorū declinet potentia et respu. magis po-  
pulares existat. Dico autē cōiunctiones quas cōsiderare op[er]e: et  
nunc usq[ue] cōsiderante nō sunt: ceu si pars illa que in deliberando  
versat: et illa q[uod] circa electiones magistratuū cōsistit: ita instituta  
sit ut cōferat paucorū potestatē: et circa deliberādū illo modo. circa  
electiones vero ad optimatū gubernationē magis declinet: vel  
p[er] aliū quēdā modū: nō oīa instituta sunt ad respu. congruentia.

**C**Qualis tig[ra]m p[er]laris quali cōgruat ciuitati: et qualis paucorū  
potentia: quali multitudinē: et alia gubernationū q[uod] q[ui]bus cōferat  
dictū est prius. Ut rūtiū op[er]e fieri manifestū: nō solū quenā istarū  
gubernationū optima sit ciuitatib<sup>9</sup>: sed etiā quō cōstituēde sint:  
et iste et alie breuiter est explicādū. Et primo de populari dicim<sup>9</sup>.  
Nā simul et p[er] h[ab]ac etiā de cōtraria illiū gubernatiōe p[ro]tēbit. Hec  
est autē quā vocat q[ui]dā paucorū potestatā. Capiēda sunt autē ad h[ab]ac  
disciplinā cuncta p[er]laria: et q[uod] vñr p[er]lariū esse sequacia. ex his ei  
simul positis resultat species gubernationis p[er]laris: et p[er]les esse  
eas q[uod] vñā: et differētes: cōtinget. **C**Due sunt cause p[er] quas plu-  
res existut populares. Prima illa q[uod] dicta fuit q[uod] iter populos dif-  
ferentia est: sunt em̄i alii agricole: alii opifices: alii ministri. quorū  
primi a scđis: et tertii ab utrisq[ue] nō in eo modo q[uod] melior aut dete-  
rior p[er]laris status: verūtiā in eo q[uod] nō idē sit. Secunda vero cau-  
sa est de qua nūc dicim<sup>9</sup>. Que em̄i popularē statū sequunt: ac vi-  
denf esse propria ipsius cōiuncta simul factū popularis status  
varietatē. Nā alicui pauciora p[er]itia sunt: alicui plura. alicui oīa.  
Utile vero horū singula cognoscere: et ad constituendum q[uod] velit  
quis: et ad corrigendū. Querūt em̄i qui respu. instituunt cuncta q[uod]  
illi p[er]p[ar]ia: et conuenientia sint in vnsu colligere ad p[ro]positum suum:  
sed aberrant dum hoc faciunt: ut supradictum est a nobis ybi

# Liber Sextus

de corruptionibus et conservationib⁹ rerum tractauimus prius.  
Hunc autem dignitates et mores: et ea que efflagitent dicemus.  
**C**ontra fine popularis gubernationis: et quibusdam popularium  
gubernationum peculiaribus. **L**ap. secundum.

**B**  Ropositi igit⁹ popularis reipu. est libertas. Hoc enim di-  
cere consueverunt quasi in hac solammodo repu. libertate  
quarentes. Ad hanc ei respicere dicit oēm populararem sita-  
tum. Libertatis vero ipsius pars una in eo consistit ut p-  
vices imperent et pariat. nam iustum popularē est equum habe-  
re sūm numerū: nō sūm dignitatē. Ex quo fit ut sūm hoc iustū mul-  
titudo ex necessitate dñetur. Et quicquid decreuerint plures id  
esse ratum: et id esse iustum. Aliunt ei oportere vñusquisq; ciuii  
equum habeat atq; ita cōtingit in popularib⁹ gubernationibus  
inopes plus posse qđ opulentos: ples. n. sunt et id obtinet qđ plu-  
ribus videat. An si igit⁹ libertatis signū hoc est qđ ponūt oēs po-  
pulares reipu. fine alter⁹ vero vivere ut quisq; velit. Hoc. n. aut̄  
opus esse libertatis siquidē serui est vivere nō vt vult: hic est igit⁹  
scđs poplaris reipu. finis. **C** Hinc profectū est nemini potissimum  
subesse velie. Qđ si hoc nō datur: at salte p vices subesse ac pesse  
idq; pertinet ad libertatē que est sūm equū. His presuppositis ac tali  
existente principio poplaria h̄mōi sunt sumi ad magistrat⁹ oēs ex  
oībus: ac pesselloēs vnicuiq; et vñquēq; vicissim oībus. **C** per  
sortem tribuere magistrat⁹ vel oēs penitus vel illos saltem qđ nō  
peritia indigent et arte. A nullo censu esse magistrat⁹ vel saltez a  
minimo. Nō nisi semel eūdez magistratū ab aliquo geri posse vel  
perraro: et paucos: exceptis his qui versant in bello. **C** Paruitē  
potis esse magistrat⁹ vel oēs vel quotquot id recipere pnt. **C** Ju-  
dicare oēs et ex oībus: et de oībus: vel de plurimis et maximis et  
principalissimis: puta de corrigoendo et de repu. et de priuatib⁹ con-  
tractib⁹. **C** Et cōcionē esse oīm dñam: magistratū vero nullus:  
aut dñam esse cōcionē rerū marinaq;: magistratū nō minimaz.  
Inter magistrat⁹ autē popularissimū est cōsiliū vbi nō oībus est  
mercedis facultas: nam vbi adest hec mercedis facultas: admitt  
et huius magistrat⁹ potentia. Ad se em̄ reducit iudicia cūcta po-  
pulus mercede abundās vt dixim⁹ supra vbi de hac parte tracta-  
vimus. **C** Deinde mercedē capere potissimum qđem oēs: cōcionē:  
iudicia: r̄ magistrat⁹: vel saltem magistrat⁹ et iudicia et consilium et  
cōclones: nicipales: vel eos magistrat⁹ quos necesse est in eadē  
simil eē comessatione. **C** Pieterea cuz paucor⁹ gubernatio ge-  
nere: et diuitijs: et eruditioне diffinitat: viden⁹ popularitatis con-  
traria: eorū esse: ignobilitas: inopia: sordiduz opificiū. Pieterea  
magistratum potestatem nullā perpetuā esse: qđ si relicta sit ali-  
qua ex antiqua mutatione illius auferre potentia: et ex electione  
ad sortem reducere. Hec igitur omnia communia sunt gubernat⁹

nōnū populariū. Contingunt autē ex eo iusto: qđ satent esse popularē. Hoc est equū habere oēs fm i. numerū qđ maxime vī esse popularis status et populi. Equū est ē cūm nihil magis gubernet dñites qđ paupes nec soli potestatē hñt: sed oēs ex equo fm numerū. Sic em̄ demū existimāt pitatem in repu. esse ac libertatem.  
**D**e censu partiendo in populari gubernatione.

**C**apitulum tertium.

 Ed quen̄ post h̄ quēadmodū habebūt equū vtrū. op̄z p̄tiri i mille eos census qđ sunt quingētoꝝ: et mille equa- liter posse quingētū rei nō: sic ponere op̄z istā pitatem vel p̄tiri qđē sic. Deinde ex quingētis parcs accipere: et ex mille hos potestatē habere p̄tinorū et iudiciorū. Utū lq̄st res pu. ista iustissima est fm p̄platē iustum: vel magis illa fm multitudinem. Aliunt enim pl̄res id esse iustum qđr̄ideꝝ vtricꝝ pluribꝝ. Potētes vero qđ videat his qđ plus possidēt. Pro multitudine ei facultatū aiunt esse statuendū. Sed hñt h̄ vtracꝝ imparitatē et i- iustitiā. Si em̄ qđ pauci: tyrāntis est. Hā si vñus habeat plura qđ alii opulēti: fm paucorū iustū is solus dignus est qđ gubernet. Si vero plures fm numerū iuriabunt publicatē bona opulentorū ac paucorū: v̄lūpius dictū est. Que igit̄ sit equalitas quā ambo profiten̄t. cōsiderādum est ex his qđ v̄tricꝝ dissimilat̄ iusta. Inquit̄ em̄ qđcquid videat maiori parti ciuiū id oportere esse ratum. Sit qđem hoc attamē nō penit̄: sed eūz due yres sint: ex qbus ciuitas p̄stat: dñites. s. et pauperes: qđ ambabꝝ videat aut pluribꝝ id ratum sit. qđ si cōtraria videant̄ qđ pluribꝝ et h̄mibus maiore censem. puta si alii decem: alii viginti: videat autē diuitiū sex: pauperū vero quindecim. Accedat vero pauperibꝝ quatuor diuitiū: diuitibꝝ autē quinqꝝ pauperū: quorūcunqꝝ census exupe- rat cōnumeratis amboꝝ v̄tricꝝ: id ratum sit. qđ si forsan euales esse cōtigerit cōmūnē esse hāc ambiguitatē putādum est: ut nūc accidit si v̄tricꝝ paria suffragia cōcōnōnis sint: aut parcs in iudi- cō sine. Nam aut sorte dirimēdum est: aut aliud qđdā h̄mōi agē do. Sed de equo et iusto qđqđ sit admodū difficile in illis reperire veritatem: tamen facilius est sortiri qđ persuadere his qui plus habere possunt. Semper enim qui imbecilliores sunt equum et iustum querunt: sed qui plus possunt: ista non curant.

**D**e quatuor speciebus populariū: ad quos pertinet: de earum legibus atq; vaframētis. **L**ap. quartum.

 Un̄ vero quatuor sint gubernationes populares: opti- ma est illa quā primo gradu posuimus: vt superioribus libris dictum est. Eadē quoq; antiquissima oīuni. Dico autē primā fm distinctionē populoꝝ: nam optimus po- pulus est ille qui ex agricolis cōstat. Iaqꝝ et popularis status fa- cile efficitur: vbi multitudo vñuit ab agricultura vel pascuo ne-

# Liber Sextus

gociosa quidē: q̄ nondū multū h̄z. Ex quo fit ut raro concionem agat. Cum enī laborādum sit illis circa necessaria ad victū: operibus detinens suis: et aliena nō appetūt. Dulciusq; illis est op̄ facere q̄ in repu. versari/ ac magistratū gerere nisi magna in gubernādo sint emolumēta suscepturn. Pleriq; enī magis lucru ap-

B petunt q̄ honorē. Signū huius est q̄ tyranides antiquit̄ p̄tulerunt: et nunc paucorū potentia p̄ferunt: modo suā rem agere illis p̄mittatur: neq; diriplātur que habent. Lito nāq; alijs eorū diuities efficiunt: alijs egere desistunt. ¶ Preterea si qua cupido honorum eis inest: facile eius rei indigētia adimplet p̄ potestate q̄ in concionib; h̄nt crēdi magistrat̄: et corrigēdi delicta. Nam in q̄busdā ciuitatib; et si nō eligit pp̄ls magistrat̄: sed quidā p̄ p̄tes deputati ex oībus: (vt apud Mantinea:) tñ satis esse purāt q̄ cōsulendi deliberādīq; h̄nt potestate. Itc putādum est hāc esse tanq; formā aliquā pp̄lari gubernationis: vt fuit q̄sī apud Mantinea. Quāpp; vtile est prius dicte pp̄lari gubernationi: et ita consuetudo fuit eligere quidē magistrat̄: et corrigere: et iudicare omnes. ¶ Magistrat̄ autē maximos geri p̄ eos qui electi sint: et a censib; matrib; maiores: vel a censibus nullū: sed p̄ eos qui pos sunt. Necesse est autē quim ita gubernat̄ resp. eā bene gubernat̄. Nam magistratus semp ab optimis gerent populo ita volente: neq; p̄stātoribus h̄ gradus sufficiet. Non enim suberūt alijs deteriorib;. Ipsi vero magistratus gerent iuste: q̄ penā formida bunt: qm̄ corrigere ad alios pertinet. Lōpesci enim ac non licere facere quicquid quis velit vtile est. Nam licentia agendi qd̄ q̄sq; velit custodire non potest ingenitā vnicutq; hominū prauitatem. Itaq; necesse est illud euentre quod optimū est in rebus. vt magistratus a p̄stātoribus gerātur sine vlla populi diminutione.

B Quod igitur hec popularū gubernationū est optima patet: et qua de causa: quia ob tale aliquem esse populū. ¶ Ad constitūdum autē pp̄lm agricolā: tum leges quedā antiquit̄ apud multos late vtilissime sunt: tum illud vniuersaliter ne liceat cuiq; habere plus agri q̄ mensurā certaz: vel aliquo loco ad oppidum et ciuitatem. Erat antiquitus in multis ciuitatibus lege cautū non licere venditionem facere bonorū prime hereditatis. Est autē lex quam dicunt Oryli fuisse: ne liccat cuiq; fenerare super aliqua fundi parte quā quis haberet. Dirigere etiā id oportet Aphytolorum lege: est etiā vtilis ad id quod dicimus. Illi enim q̄q; sint permulti: possideant autem exigua regionem: ramē omnes agricultore sunt: quoniam p̄cia constituunt non totarū possessionuz: sed per tales partes diuidētes: vt etiā pauperes faciliter eas p̄c̄s saperare possint. Post agricultorū multitudinē optimus est populus vbi pastores sunt et vtiūt ex animalib;. In multis vero hec cum agricultura conuentiam habet. Utroq; enim corporibus

exercitati ad bellicas expeditiones utilissimi sunt ac potentes sub  
 diuo consistere. ¶ Ettere vero multitudines quasi omnes et qui  
 bus alijs status populares constant: multo deteriores his sunt.  
 Nam opificum quidem ac forensium et mercennariorum viles est  
 vita nullumq; virtutis opus eorum. Et insuper quia huiusmo-  
 di genus hominum circa forum viriumq; (vt ita dixerim) assi-  
 due heret faciliter conciones agitat: at agricole quia sparsum ha-  
 bitant per agros: neq; in rnum coeunt faciliter: neq; similiter in-  
 digent huiusmodi congregazione. Quibus vero contingit situs  
 regionis talem esse vt longe dissent. ab urbe: in his facile est po-  
 pularem statu laudabile constituere ac rempu. ipsa enim compel-  
 litur multitudine quasi colonias per agros efficere. Quare et si fo-  
 rensis turba sicutam conciones in populari statu non facit absq;  
 multitudine illa que per agros habitat. Quomodo ergo consti-  
 tuenda sit optima illa ac prima popularis gubernatio dictum est  
 patet etiam quomodo alie. Subsequenter enim est descendendu D  
 et deterior semper multitudine separanda. Postremam vero spe-  
 ciem: quia omnis multitudine ad illam recipitur neq; cuiuscumq;  
 ciuitatis est ea perferre neq; facile permanere eam nisi legibus et  
 moribus bene stabilissimam. Et quibus vero labefactari contingat:  
 et hanc et alias respu. fere dictum est prius in plurimis. Sz ad  
 constituendam hanc popularem gubernationem: et ad populum  
 roborandum consueuerunt presides recipere complures ac ciues  
 efficere non solum legitimos: veru etiam spurios: et ex quo quis ci-  
 ue id est siue ex patre siue ex matre. Omne enim hoc huic popu-  
 lo magis conueniens est. Consueuerunt igitur hi qui populos  
 ducunt ita constituere. Oportet tamen id facere quoad exupe-  
 ret nobilitum mediorumq; multitudinem: neq; ultra progredi.  
 Nam si transcendunt turbatiorem efficiunt rempub. ac nobilita-  
 tem exasperando magis irritant: ad ege difficulterq; populares E  
 statum ferendum: que causa seditionis fuit apud Lyrenem. Par parus in  
 uum enim inconveniens conntuendo transitur: magnum vero in conuenies  
 oculis heret. Insuper talia constituta vtilia sunt ad popularem coniuedo  
 statum huiusmodi: et ad populi corroborationem: qualia transit: ma-  
 nes Athenis facilitauit quo populi gubernationem augeret: et gnuho in  
 apud Lyrenem hi qui populum cōstituerunt. Tribus enim alie ret,  
 constituende sunt plures: et sodalitates priuatorum sacerorum re-  
 digende sunt ad pauca et publica. et cuncta diligenter excogitada  
 quo q; marime omnes simul admisceantur familiaritates con-  
 uersationesq; prime disiungantur. trast: ma-  
 namena omnia videntur esse popularia seu licentia seruorum: et  
 misteriorum et puerorum: ut sine metu viuat ut velint: permulti em  
 huiusmodi statum ciuitatis amabunt: cuz plerisq; dulcius sit dis-  
 solute viuere q; modeste.

# Liber Sextus

**A** Ad populares institutiones precepta. Capitulum quintum:  
Et aut opus legis positoris et eorum qui volunt statu  
aliquem tale consistere: nam ut constituantur talis sta  
tus non magnū negocium est: neq; soli cōstituere: s; z  
magis ut seruetur. Uno enim vel duobus vel tribus  
diebus permanere quōcūq; gubernātibus: haud dif  
fīcile est. Quapropter opus est ex his (quas supra retulimus) con  
seruationib; et corruptelis rerūpub. cautelā assumere cauēdo il  
la que corruptura sunt ac leges tales ponendo et sine scripto scri  
ptasq; cōseruationes status marime cōprehendāt: neq; putare  
id esse populare neq; paucorū potētie q; efficiat civitatem mar  
ime a multis vel a paucis gubernari: sed q; q̄ plurimo tpe. At nūc  
hūi qui sunt potentes in populis gratificātes multitudini multa  
populariter agūt per publicationes bonorum in iudicis factas.  
Quare oꝝ eos qui curam salutis habēt reipub. cōtra moliri le  
ges ponendo: ut damnatorum bona sacra sint: et non in publicis  
sed in sacrum referantur. Hec enim lex nihilominus inturias cō  
pescet. nam pena eadem erit. Populus autem minus cupide dam  
nabit: cum nihil sit vtilitatis ex damnatione suscepturus. In  
super publicas accusationes q; rarissimas semper facere magna  
pena cōstituta aduersus eos q; falso accusarint. Non enim popu  
lares in iudicium vocari consueuerunt: sed nobiles. Opz aut  
erga statum reipubli. quantum fieri potest omnes ciues reddere  
bentuolos: q; si id fieri nequeat saltem conari ne hostes existimēt  
eos qui gubernant. Cum vero postreme ille species gubern  
ationum popularium in multitudine cōsistant ac difficile sit in cō  
cionib; vacare posse sine aliquius mercedis susceptione: hoc au  
tem nisi redditus habeat ciuitas marime inimicum est prestan  
tibus viris. Nam ex tributo et publicatione bonorum: et ex iudicio  
rum improbitate necesse est prouenire q; multas iam populariū  
respu. subuertit. Abi ergo publici redditus non sunt: facere  
oporet conciones raras et iudicia magna quidem: sed paucis die  
bus duratura. hoc autem confert ad illud quod non formidabūt  
impensas opulentii: tametsi diuites non capient mercedem iudi  
cij sed pauperes. Cōfert etiam ad recte iudicandum multoma  
gis: nam qui magna patrimonia habent: multis diebus abesse  
nolunt a rebus suis: modicum vero abesse tempus non moleste  
ferunt. Abi vero sunt redditus publici non id facere quod nūc  
Egestas ductores quidam in populo faciunt. superflua enim diuidunt ac  
prauam. simul caplunt: moꝝ rursus indigent eisdem. Est enim pauperis  
reditus po bus ceu vas perforatum huiusmodi emolumentum. Sed opor  
tuit eum qui vere popularis sit videretne multitudo pauperie nū  
mia prematur. nam egestas paruam reddit populi gubernatio  
nem. Conandum est igitur ingeniose ut abundantia assit diuturn  
na:nam

na:nam id p̄dest etiā diuitiis. Congregantes vero illa que ex redditibus p̄ueniunt simul oīa egenis tribuere op̄z: presertim si quis possit tñ cōgregare quātum sat est ad agelli cōparationē vel saltem ad facultatem negocandi & agrum colendi. Et si nō oībus possibile ac b̄m tribus aut partē aliam in parte distribue re op̄z. In hac re aut ad necessarios cōuentū mercedē oī assēctates diuites cōferre inania munera. Per talē aliquē modū carthaginēses gubernat̄tes amicū retinent populum. Semper enim quosdā e populo mittētes in alias gubernatiōes eos diuites faciunt. Gratiōsorū vero ac mente h̄fitiū nobilium id est suscipere egenos & occasiōne prebentes cōuertere ad res agēdas. Beate quoq; se habet Tarētinorū exēplum imitari. Illi enī tumēta facientes communia ad pauperū v̄sum bentuolā per hunc modū sibi plebem constituunt. Magistratus insuper omnes du plices faciunt ut alij per electionē. alij per sorte. Quo enī populus capiat per sortem. Quo autem melius gubernetur per electionem. Est autem hoc facere etiam in vno eodemq; magistratu: ita partientes vt alij sorte: alij electione ad eum gerendum as sumantur. Quemadmodum ergo oporteat gubernationes multitudinis instituere: dictum est.

De sp̄ebus paucorū. ordinatione census: qui ex populo assu mendi: que paucorum gubernationes potiores & que deterrima,

### C Capitulū Sextum.

